13
16
b
34

13
E
46
13-16-f.34

111 E 8

Antonij Augustini epi Ilerden.

PHOTII PATRIARchæ Conſtantinopolitani Nomocanonus, ſiue ex legibus & canonibus compoſitum Opus, quod meritò ius Pontificium Græcorum uoces:

VNA' CVM ANNOTATIONIBVS THEOdori Balſamonis, Patriarchæ poſtmodum Antiocheni:

Nunc primùm ex clariſs. uiri BONIFACII AMERBACHII libraria, HENRICI AGYLAEI auſpicijs in Latium deductus, ſiue Latinitate donatus.

Quo in Opere diſcere erit, [redacted] cum alia Iuris ciuilis loca permulta, tum quod in Codice de aleæ luſu eſt, reſtitui poteſt. Quod quia illic primùm Græce ſcriptum fuit, hîc eius compendium etiam Græcè poſitum eſt. Habetur item Græcè & Latinè Conſtantini Donatio, quod hauddubiè ueritatis indagatoribus futurum gratum eſt.



Cum gratia & priuilegio ad annos ſex.

BASILEAE, PER IOANnem [redacted] *1561.*

lem autem Principum animos demereri, quo benigna ipſorum uoluntate in illa mihi eſſe liceret, qua ratione id fieri poſſet, multùm diuque diſpexi. Tandem uerò æterni Numinis fauore incidit, ut ad utriuſq; gubernationis, & terrenæ & cœleſtis ſumma capita, conuenientiſsima haberem donaria. Quid enim Reginæ quamuis potenti, quamuis prudenti, ſuſpendatur rectius, quàm ab auguſti nominis Principe profectum munus, unde ad humanum genus permagna emanat utilitas? Quid item cuiuſcunque dignitatis ſacrorum Antiſtiti, quàm Antiſtitis opus, ſua ætate multis præclaris naturæ dotibus celeberrimi? Quod tamen per ſe quocunque demum loco habiturus es, eo ſaltem quo offertur animo, candido & beneuolo, ſuſcipere digneris rogo.

Vale ueritatis Antiſtes: eamque, ut cœpiſti, tueri ac promouere porrò perge. Baſileæ, prid. Id. Mart.
Anno ab inſtaurata ſalute 1561.

EXPOSITIO SACRORVM DIVINORVMQVE CANONVM SANCTORVM [a] CELEBRATISSIMORVMQUE

a πανευφήμων. VINORVMQVE CANONVM SANCTORVM [a] CELEBRA-
tiſsimorumq́ꝫ Apoſtolorũ, & ſacrorũ œcumenicorũ atq́ꝫ etiam [b] prouincialium
b τοπικῶν. ſiue particularium Conciliorum, reliquorumq́ꝫ ſanctorum patrum: inſuper & declaratio efficacium atq́ꝫ inefficacium legum in quatuordecim ante canones poſitis Titulis collocatarum: elaborata iuſſu Imperatorio atq́ꝫ patriarchali, à Theodoro Balſamone, humili ſanctiſsimæ Dei magnæ Eccleſiæ diacono, nomophylace & chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam poſt aliquot annos Theopolis [*ſiue*] magnæ Antiochiæ totiusq́ꝫ Orientis Patriarcha factus eſt.

OBEDITE ῃs qui uobis præſunt, atq́ꝫ morem gerite: illi enim excubias agunt pro animab. ueſtris: ait magnus ille apoſtolus Paulus, Eccleſiæ doctor. Sacratiſs. autem Principibus ſanctisq́ꝫ Patriarchis iubentibus, uti ſeruilem in modum obtemperetur atque pareatur, multo magis requiritur: utpote quòd debeatur. Quapropter ſanè nos quoque, ubi à diuinitus coronato ſancto noſtro Imperatore Dn. Manuele Comneno, & ſanctiſs. domino noſtro atq́ꝫ œcumenico patriarcha Dn. Michaele Anchialio,
c ὑπάτου. qui philoſophorum [c] princeps fuit, decretũ eſſet, ut ſacros canones diligenter perſpiceremus, & quæ in illis obſcuriora eſſent, modoq́ꝫ aliquo legibus aduerſari uiderentur, declararemus atque interpretaremur: ſimiliter etiam quæ à ſanctiſs. illo patriarcha Dn. Photio
d θεωρήματα. conſcripta, & in quatuordecim titulis [d] tractata, [e] canonibusq́ꝫ com-
e πρὸ τῶν κανόνων συγκεφαλαιωθέντα. pendioſè præpoſita ſunt, ſumma adhibita cura excuteremus, ex poſito in illis iure quod efficax ſit oſtẽdentes, quod uerò uacet, nec ſecundum ultimam legum repurgationem à celeberrimo Imperatore
f αὖθις ἀναδιδάξαι. D. Cõſtantino Porphyrogenneta factam receptum ſit [f] diuerſo modo docentes: quò uidelicet lectores nõ impingant, nec ius inefficax tanquã efficax ſuſcipiãt, indeq́ꝫ ceu errones à recta atq́ꝫ regia uia recedãt (quod ipſũ, parũ abfuit quin etiã dicto ſanctiſs. domino noſtro, [*eidemq́*] omnium qui noſtra hac ætate ſunt ſapientum ſapiẽtiſsimo, in cauſa illius Amaſeni metropolitani Dn. Leonis acciderit) audacter hunc laborem ſuſcepimus, eorum qui illum nobis iniunxiſſent, ſubſidio atque precib. confiſi. Ac primùm quidem, quod ius in quatuordecim titulis ab eo patriarcha qui Nomocanonum compoſuit
g Lego πρὸς τὴν ἀνακάθαρσιν, pro πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως. cõſcriptum eſt, [g] ad legum Repurgationem (quomodo dictum eſt) excutientes, bifariam id diuiſimus: & quod ex eo uim obtineat ideo quòd in Imperatorio ſexaginta legalium librorum [*uelut*] ſolo collocatum ſit, quodq́ꝫ omnino quia in Repurgatione receptum non ſit uigore deſtitutum uacet, planum atque manifeſtum fecimus. Deinde [*uerò*] quæ in quinquaginta libris Digeſtorum, & duodecim libris Codicum antehac poſita, in quibus nunc libris & titulis Baſilicorum conſtrata inueniantur indicauimus. Similiter etiam quæ in-

ter

ter hæc in ſpeciem eſſe contraria uiderentur, ſecundum ueteres interpretationes, ac pro tenui qua prȩditi ſumus ſcientia diſſoluimus. Quem [*ſanè*] ad modum & quæ ex Iuſtinianeis Nouellis in Repurgationem non admiſſa, à patriarcha autem tanquam efficacia deſcripta ſunt, uelut offenſionis lapidem ſuſtulimus. [*Poſtremò*] uerò nõnullas quoque alias utiles efficacesq́ue ex Imperatorijs iuſsionibus, [a] Commentarijs, Nouellisq́ue conſtitutionibus, atque etiam ex Synodalibus actis poſt Repurgationem editas ſanctiones huic labori inſeruimus: quò [*uidelicet*] undique lectores inconcuſſam habeant certitudinem. Cæterum ſi quid fortè aut in his, aut in Canonũ interpretationibus, prȩter decorum ſcriptum ſit, uenia dignum habetor. Neque enim hæcce lucubrationum moles audaciæ noſtræ, ſed neceſſariæ obedientiæ partus eſt.

a ὑπομνημάτων.

VERSVS

VERSUS HEROICI SANCTISS. PATRIARCHAE THEOPOLIS, [SIVE] MAGNAE ANTIOchiæ, totiusq́ Orientis, Dn. Theodori Balſamonis, de ſua Nomocanoni expoſitione, quæ in præſenti Libro claret.

Ἀστέρες ὡς πολύφωτοι ἀφεγγέος ὄμματα νυκτὸς,
κανόνες ἐκγεγάασιν ἐρικυδέων κηρύκων,
θεσπεσίων πατέρων τε περικλυτὰ θεσπίσματα,
ἀλλ' οὔτω τελέθουσιν ἀπλανέες οὐρανοβάται,
σταύροις ἐν πεδίοισιν ἰλαδὸν ἔτελλον φῶτα.
τοὶ γὰρ ἀντελίηθεν ἑωσφόροι ἀμφανέντες,
κεῖσε πανημέριοι λάμπον, καὶ κατὰ νύκτα·
ἄλλοι δ' ἑσπερίοισιν ἐν μερόπεσσι φύοντες,
πάντων κατεσάωσαν ἁμαρτίαν ὀρέξεν· ἰώ.
μούνοις γὰρ κρυόεσσα δυστρεφέων βασιλήων,
καὶ τοὺς γ' εὐδρομέοντας ἐπὶ τόπον ἴσχανε τυτθὸν,
ὠκεανὸς δ' οὓς γείνατο παγχθονίης συνόδοιο.
τούτους ἐν μεμβράναις, ὥς γ' ἐν σήμασι θνητοῖ,
κατὰ μωσῆν ἰσόθεον φαραωκτόνον ἐσθλὸν
μήτηρ κατέθετο κυδρὴ, ὀψιγόνοις μέγ' ὄνειαρ,
αὐτὰρ οὐδὲ μαχόμενοι ἴσχον ἑτέρων ἰσχύν·
ἴσχανε γὰρ σύμπνοιαν ἀριστοτέρα διάστασις.
ἄναξ εὐρυμέδων δὲ κρατυιὸς πάνσοφος λέων,
καὶ φώτιός τ' εὐγακλυτὸς πατριάρχης,
τὴν δ' οὐρανίαν τετραγωνίσαντες σφαῖραν
τέτταρα κατὰ κλίματα, ἠδὲ μέτρα πάσης γῆς,
κανόσιν, ὡς ἀστράσιν ἀπλανέσιν ἠδὲ πλανήταις,
πρὸς δὲ νόμοις, ἠπείροιο λευκαίνουσι κελεύθους,
ξεῖα κατηστέρισαν σοφίῃ τε φραδμοσύνῃ τε.
ἑπτάπολον σφαῖραν γὰρ ἠΰθ', ὁρίζοντ' ἄγλαον,
ἑπτάδα τ' ἀθέσφατον ἀειστροφέων πλανήτων,
ἑπτὰ παγχθονίων συνόδων κανόνας ὁλολαμπεῖς
ἐνθάδε πεποίαται ἀειφανῶς ἀνατέλλειν.
ὡς δύο καὶ δέκα δὲ ψυχοτρεφίας αὖ ἀστέρας,
ζώδια τοὺς καλέουσιν ἀμύμονες οὐρανοφάνται,
δώδεκα κηρύκων ζαθέων κανόνας, ἰδ' ἐφετμὰς,
λάμπειν ἐν μερόπεσσι πλανήταις τετεύχασιν.
ἴδῃς, ἢν ἐθέλῃς, καὶ πληϊάδων ἑπτάδα
αὐγὰς ὡς προχέουσαν ἀειλαμπεῖς ἐνὶ κόσμῳ,
θεῖα θεοπρόπια ἑπτὰ συνόδων ἁγίων,
ἃς τροπικὰς φάσκουσιν ἀληθεῖς ἱεροφάνται·
ἄθρει καὶ πόλον αὖτε νότιον νειλοτροφῆα,

κύδιμον

κύδιμον ἀθανάσιον, δ' ἱερόν τε κύριλλον,
ἀστέρας ἀλεξανδρείης, ὄμματα λιβύης.
καὶ πόλον ἴδε βόρειον, καππαδοκίων πατέρα,
βασίλειον πάμμεγαν, ἄτρυτον ἀσεβοφόντην.
ναὶ μὴν καὶ θρασυκάρδιον ὠρίωνα, κρατερὸν
ἰωάννην χρυσόστομον, ἀντιοχήων κρηπῖδα,
ἄρτεμιν ὡς σφάττοντα βαλιὴν ἀδοξίαν,
οὕνεκα χήρας οἰνοτόκον λωβήσατο γαῖαν.
ἔστι καὶ λύρα τετράχορδος ταῖς δ' ἐνὶ μολπαῖς
θείου πνεύματος αὔρῃ πληττομένη πλησμίως,
ἥτις ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισιν ἔσται
ἀοιδὰς ἰάχουσα ἀληθοῦς σωτηρίης.
ἔστων δ' οὗτοι κυδάλιμοι γρηγόρειοι δύο,
νυσσαέων ὁ πρόεδρος, καὶ ὃς ἀνὰ πᾶσαν γῆν
λάμψε θεηγορίῃ, διδάγμασί τε θεοῖο.
ἄψαρε τὴν δὲ λύρας τετραχόρδοιο φθόγγῳ.
καὶ πέτρος ἀλεξανδροιο, ὃς λάχε πολίεθρον.
πρὸς δ' αὖ διονύσιος ἀχαιῶν ὄρχαμος ἱερός.
τὴν οὐρανίην κατηστέρισεν πυκτίδα,
ἄναξ, ἠδὲ πατριάρχης, ῥώμης συνοχῆος.
οὗτοι γοῦν ὁρᾶτε ἀπλανῶς διὰ ταύτης
κανονικὰ θεσπίσματα, πιστῶν δεύτερα φῶτα,
καὶ νόμιμ' ἐκσφαιρωθέντα τῆς συστοιχίας,
λιτάζεσθε θεοῖο τρισυπόστατον φύσιν,
ἣ πόλον ἐστερέωσεν, ἰδ' ἄστρων ἄπλετα φῦλα,
εὐσεβέσι μὲν κείνοις ἀρχιερεῖ βασιλεῖ τε,
οἳ ταῖσδ' ἐν μεμβράναισι πόλον ἐξετανύσαν,
ἣν δίειρεν κατὰ δαίδαλ', ἀσματογραφῆα,
ἀϊδίην πορσύναι οὐρανῶν βασιλείην.
τῷ δ' αὖ ἀντιοχείης ταπεινῷ πατριάρχῃ,
βαλσαμὼν θεοδώρῳ, ὃς τῶνδ' οὐρανίων
σωμάτων γλύπτουσαν ἀπειρεσίους δυνάμεις,
πλανήτων τε νόμων ὑποχθονίην κατάδυσιν,
πρὶν λάχε θρόνον ἀντιοχείης πάρος κυδρῆς,
σωτηρίην ψυχῆς. ταύτης γὰρ πέρι θρηνεῖ.

ΤΈΛΟΣ.

PHOTII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI NOMOCANONVS,

ſiue ex legibus & canonibus compoſitum opus: unà cum Annotationibus Theodori Balſamonis Patriarchæ poſtmodum Antiocheni:

HENRICO AGYLAEO interprete.

TITVLVS PRIMVS.

De Theologia, orthodoxa fide, canonibus, & ordinationibus.

DE THEOLOGIA, ET ORTHODOXA *fide.* *Caput* I.

APOSTOLORVM canon 49. & 50. Concilij Conſtantinopolitani canon 1. 5. Concilij Epheſini canon 7. Concilij Carthaginenſis canon 2. Concilij ſexti canon 1. 7; 81. liber 1. Codicis titulo 1. cõſtitutione 1. 5. 6. 7. 8. 9. SCHOLIVM. Prima conſtitutio tit. 1. lib. 1. Codicis eſt 1. caput 1. lib. Baſilicorũ, quod ſic ait: Chriſtianus eſt, qui credit Patris, Filij, & Spiritus ſancti ſub pari maieſtate unam eſſe deitatem. Qui uerò contra [*iam*] dicta docet, hæreticus eſt. 5. 6. 7. 8. & 9. conſtitutiones non ſunt poſitæ in Baſil.

QVOT CANONES VALERE OPORteat. *Caput* II.

COncilij Chalcedonẽſis canon 1. Concilij Carthaginenſis canon 1. Concilij ſexti canon 2. Concilij Nicæni ſecũdi canon 2. TEXTVS. Conſtitutio 3. tit. 2. Nouellarũ ſeptem cõciliorũ canones, eorumq́ placita, tanq̃ ſacras ſcripturas uult ualere. Verùm in 1. lib. Codicis tit. 3. conſtit. 44. & in 1. & 4. cõſtitutione tit. 1. Nouellarũ, partim canones ut leges ualere, partim leges ſequi canones [*traditur.*] Et lib. 1. tit. 2. conſt. 12. Pragmaticas formas, quæ canonibus aduerſanť, irritas eſſe [*habet.*] SCHOLIVM. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarũ, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [*quæ*] poſita [*eſt*] in lib. 5. Baſil. tit. 3. cap. 1. themate 1 quod ſic habet: Sancimus igitur, ut ſancti eccleſiaſtici canones, qui à ſanctis ſeptem Concilijs promulgati aut confirmati ſunt, uicem legum obtineant. Nempe à Nicæno trecentorum duodeuiginti patrum Concilio, in quo Arius,
[a] cui à furore cognomen inditum eſt, anathemate eſt percuſſus: Conſtãtino- *a ὁ τῆς μανίας*
politano patrum centum quinquaginta, à quib. [b] Spiritus ſancti oppugnator *ἐπώνυμος.*
Macedonius [c] infamia notatus eſt: Epheſino primo, in quo Neſtorius conde- *b πνευματο-*
mnatus eſt: Chalcedonenſi, in quo Eutyches cum Neſtorio anathemate per- *μάχος.*
cuſſus eſt: ad hæc, Conſtantinopolitano ſecundo, à quo Origenes unà cum o- *c ἐστηλιτεύθη.*
peribus ſuis, & alij quidam impij, [d] ignominia affectus eſt: præterea Conſtan- *d παραδει-*
tinopolitano tertio, quod de multis hæreſibus triumphans, uetuſtiorum ſan- *γματίσθησαν.*
ctorum Conciliorum placita confirmauit: ad extremum uerò, Nicæno ſecun-
do, in quo illi qui aduerſus ſacras imagines inſaniebant, pariter cum [e] anterio- *e προλαβοῦ-*
ribus hæreticis catholica Dei eccleſia [f] abdicati ſunt. Prædictorum etenim ſan *σιν.*
ctorum Conciliorum decreta perinde ut ſacras ſcripturas ſuſcipimus, & cano- *f ἀπεκηρύ-*
nes *χθησαν.*

nes ut leges cuſtodimus. Conſt. 44. tit. 3. lib. 1. Codicis non eſt poſita in Baſil. neq; uero 1. aut 4. conſt. tit. 1. Nouellarum, quarum hæc quidem eſt 6. Iuſtiniani Nouella, illa uerò 80, eiuſdem. Neq; [*item*] conſt. 12. tit. 2. lib. 1. Cod. Neque uerò tu illis animum applices. Primùm, quia nõ aduerſantur 131. Iuſtiniani Nouellæ. Deinde, quia in Baſilicis non ſunt receptæ. Notauerò præſentem Nouellam, quæ non modò à ſeptem ſanctis Concilijs promulgatos canones, uerumetiam qui ab illis confirmati ſunt (* prouincialium Conciliorum canones nempe) ut leges ualere dicit. Lege etiam ſecundum canonem ſexti Concilij, qui non ſolùm prouincialia Concilia, ſed etiã aliorum ſanctorũ ſcripta confirmat. ALIVD SCHOLIVM. De iure quidẽ, quod in præſenti 2. cap. declaratũ eſt, ſcripta ſunt decentia. Scias tamen, q; aliter nonnulli dixerint, idq; in præſentia ſancti noſtri Imperatoris: [*Nempe*] canones nõ debere ualere, quando aduerſantur legibus: propterea quòd ante [*legum*] repurgationẽ illi conſcripti ſunt: atq; ita qui [*canones*] cum [*legibus*] non conueniunt, ocioſos eſſe. Alij uerò prolatis, qui legibus aduerſantur, canonibus & pręſenti 131. Nouella, quæ in 5. lib. Baſil. tit. 3. cap. 1. poſita eſt, [*in medium*] producta, aduerſarijs os obturarunt: [*quum illa*] Canones tanquàm leges atq; ſacras ſcripturas cuſtodiendos eſſe, dicat. Quod uerò illi dicerent, nõ ſuſcipiendam eſſe illam Nouellam, ut quæ, quum à Iuſtiniano edita dicatur, Conciliorum poſt Iuſtinianum [*habitorum*] mentionem faciat, atq; ita abſurditatem quandam conſtituerent: ſe inde etiam magis [*illam*] amplecti aiebant, quòd quæ Nouella tradit, is Imperator qui leges repurgauit atq; recognouit, ſibi uendicauit. Nam ſi id [*ita*] non eſſet, non etiam poſteriorum Conciliorũ canones, ut leges atq; ſacras ſcripturas, ualere [*debere*] adiecíſſet. Atque hanc etiam, [*inquiebant*] ut alias Iuſtiniani Nouellas, uelut ocioſam reddidit, quòd ipſam Baſilicis non aſperſit. Quod ſanè ſanctus Imperator etiam probabat. Nota igitur præſentem interpretationem, eamq; in memoria habens dic: Canones maioris authoritatis eſſe, quàm leges. Illi enim, canones nempe, quum ab Imperatoribus atq; ſanctis patribus promulgati confirmati' ue ſint, ut ſacræ ſcripturæ ſuſcipiuntur: leges uerò à ſolis Imperatoribus ſuſceptæ ſunt, atq; idcirco ſacris ſcripturis ſiue canonibus non præualebunt.

(Margin: τουτέστιν.)

VT CONSVETVDO ECCLESIASTICA NON *ſcripta ſeruetur, ut lex. &, Quòd ne cesse non ſit ſeruare leges Moſaicas.* Caput III.

Concilij ſexti canon 81. Baſilius ex epiſtola ad Diodorum, & ex cap. 27 & 29. epiſtolarum ad Amphilochium, De Spiritu ſancto. TEXTVS. Et in iure ciuili conſuetudo quando in iudicio confirmata eſt, nec ſcriptæ legi repugnat, ut lex non ſcripta ualet. Ac uerò ſicubi [*propoſitæ*] quæſtionis conſuetudo non inuenitur, tunc conſuetudinem [*urbis*] Romæ ſequi oportet: quemadmodum lib. 1. Digeſt. tit. 3. digeſto. 4. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & lib. 8. Cod. tit. 52. conſt. 1. 2. 3. [*proditum eſt.*] Dictum eſt etiam lib. 50. tit. 17. digeſto 102. quòd ægrè, æquitate tamen poſtulante, conſuetudinem tranſgredimur. SCHOLIVM. Digeſtum * 4. tit. 3. lib. 1. Digeſt. eſt lib. Baſil. 2. tit. 1. cap. 41. quod ſic ait: De quibus cauſis nulla ſcripta lex eſt, cuſtodiri oportet mores & conſuetudinem. Quòd ſi hæc defecerint, proxima propoſitæ quæſtioni ſimilia ſunt ſequenda. Si ne hæc quidem inueniantur, tunc ius quo urbs Roma utitur, ſeruari oportet. Et them. 2. Inueterata cõſuetudo pro lege cuſtoditur. ALIVD SCHOLIVM. Quum multæ leges de longa conſuetudine præſcribant, & ſibi inuicem aduerſentur, quòd aliæ dicant, Longam conſuetudinem [*tametſi*] in iudicijs confirmatam, eſſe irritam, ſi ſcriptæ legi repugnet: aliæ uerò illam, etiamſi ſcriptæ legi repugnet, ualere iubeant: præſens 6. thema cap. 42. tit. 1. lib. 2. Baſil

(Margin: *Non hoc, ſed dig. 32. hoc tradit.*)

ſoluit

ſoluit quæ his ineſſe uidetur cõtrarietatem: Latio legis (inquiens) aut in ſcripra refertur, aut non refertur: [*ſic*] ſimiliter [*eius*] abrogatio. Et legislatio quidem, ſi grauis ſubditis ſit, humanitatis contemplatione per deſuetudinẽ à non ſcripta conſuetudine abrogatur: abrogatio uerò, per conſuetudinem ſeu legem non ſcriptam ocioſa [*& irrita*] non fit, propterea quòd benignæ legi aduerſetur. [*Atq;*] ſic [*quidem*] apparentem [*in his*] contrarietatem ſolue, ſequens explicatum caput, interpretationem 6. them. & legem quæ, benignius leges interpretandas eſſe præcipit. De illa autem conſuetudine hæc intellige, quæ in iudicijs confirmata eſt. ALIVD SCHOLIVM. Quære 6. them. cap. 41. tit. 1. lib. 2. quod ait: Quemadmodum latio legis [*aut*] in ſcripra refertur, aut non refertur: ita eius etiam abrogatio aut per legem ſcriptam fit, aut non ſcriptam, id eſt, per deſuetudinem. Et cap. 42. De quibus cauſis lex ſcripta non eſt, inueterata conſuetudo pro lege ualet. Et cap. 43. Tunc alicuius urbis aut regionis conſuetudine utimur, quando in diſceptationem uocata, in iudicio firmata eſt. Et cap. 44. Quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per multos annos obſeruata, non minus quàm [*ea, quæ*] ſcripta [*ſunt iura,*] ſeruantur. Et cap. 45. Vt quæ in tantum probata ſint, ut non fuerit neceſſe ſcripto comprehendere. Et cap. 46. In legum interpretatione ciuitatis cõſuetudo animaduertenda eſt. Et cap. 47. [*Inſpiciendum etiam,*] quomodo in ſimilibus perpetuò iudicatum ſit. Docet porrò Stephanus cap. 42. quiddam optimum, & quæ circa conſuetudinem non ſcriptam diuerſitas apparet, ſoluit: Diuturna conſuetudo (inquiens) tunc ut lex ualet, quando legi ſcriptæ non repugnat. Neque uerò hoc fini præmiſsi digeſti aduerſari exiſtimes. Illic enim de deſuetudine loquẽs, quòd illa legem poſsit abrogare, dicit. Hic uerò de conſuetudine loquitur dicens, quòd conſuetudo ius nouum non introducit, ſi ueteri cuipiam legi repugnet. Fieri enim poteſt, ut per deſuetudinem iure aliquo non utamur: non autem, ut contrario modo utamur. Nota igitur hanc doctrinam, ut quæ & ſpecioſa ſit, & in iudicijs frequentetur. Conſt. 1. 2. 3. tit. 52. lib. 8. Cod. in Baſil. poſitæ non ſunt. Digeſtum uerò 102. tit. 17. lib. 50. Dig. eſt caput 183. tit. 3. lib. 2. Baſil. quod ſic habet: Aegrè quidem, at [*certè*] tamen æquitate exigente mutamus conſuetudinem. Verùm tu hanc legem, ſecundum poſtmodum pręſenti huic 3. cap. [*inſertas*] leges interpretare, atq; dic, tum propter utilitatem aliquam conſuetudinem mutari, quando in iudicio confirmata non eſt: [*alioqui uerò*] tanquam legem ſcriptam ualituram. Própterea enim hic adiectum eſt: Aegrè quidem, attamen æquitate exigente conſuetudinem immutamus. Non eſt lex ſcripta, quæ ſtatuat, ut ſi qua tonderi atq; diuortium facere cum marito uelit, ne confeſtim tondeatur: ſed in monaſterium abducatur, & trimeſtri ſpacio exploretur, num fortè in [*ipſo uelut*] pugnæ initio tonſuram deprecetur. Sed ex inſcripta conſuetudine, ſępenumero in iudicio probata & confirmata receptum eſt, ne aliter mulieri tonſura permittatur, quàm ſi poſt tres menſes interrogatã ſit, an in hoc bono propoſito permanere [*uelit*]. Ac [*ſanè*] hac de re coram Imperatorio tribunali [*abundè*] ſatis certatum eſt. Quum enim multi dicerent, debere [*cuidam*] mulieri [a] flauos iſtos crines confeſtim detonderi, quòd firmi [*pleniq;*] iudicij eſſet, ut quæ etiã quadraginta annos haberet: ac uerò nulla lex ſcripta de trimeſtri [*iſto*] ageret: à Deo coronatus optimus & ſanctus noſter Imperator longam conſuetudinem (ut dictum eſt) confirmatam pro ſcripta lege ſuſcepit, atq; tunc æquitate poſtulãte, ſiue iuſtis cauſis propoſitis, non ſcripram conſuetudinem tranſgredi [*licere,*] quando iudiciali ſententia non eſt corroborata, [b] ſcripto confirmauit. Noui autem nõ ſcriptam [*quandam*] conſuetudinem, quæ quia ita corroborata non eſſet, reprobata [*& reiecta*] eſt. Quum enim moris fuiſſet, ut qui ex laicis ſacerdotibus monachi facti eſſent, quoniam priùs miniſterio ſacerdotum aſſcripti fuiſſent, poſt [*ſuſceptam*] uitam

a πυῤῥογευγίν ἱκανῶν.

b σημειώματι.

monachicam in corpore [*& collegio*] miniſteriorũ recenſerentur, & cum ſacerdotibus laicis cõuerſarentur: ſacroſanctiſs. noſter dominus Dn. Michael hanc longam conſuetudinem pro nihilo reputauit, ac [*uerò*] decreuit, ut ex laicis ſacerdotibus ſolùm miniſteria conſtituerẽtur, monachi autem in receſsibus ſuis

πραίτωρι τοῦ πρώ. aſsidui eſſent. Quum [*item*] moris eſſet, ut Iudæi coram ſolo * angiportus præfecto litigarent: optimus atq; ſanctus noſter Imperator ſtatuit, ut coram quocunq; tribunali ſecundum leges cauſas agerent. Ac conſuetudo [*quidem*] pro nihilo habita eſt, ut quæ legitimè non fuiſſet confirmata.

QVOD NON AB VNO EPISCOPO, SED A' * *communi epiſcoporum cœtu canones promulgentur.* Caput IIII.

κοινότητος.

BAſilij canon 47. circa finem: Gregorij Nyſſeni canon 6. circa medium.

DE PATRIARCHIS, METROPOLITANIS, ET *priuatis Africæ, ut uocantur.* Caput V.

APoſtolorum canon 34. Concilij Nicæni canon 4. 6. 7. Concilij Antiocheni canon 59. Concilij Conſtantinopolitani canon 2. 3. Concilij Epheſini canon 8. Concilij Chalcedonenſis canon 9. 17. 28. Concilij Sardicenſis canon 3. 4. 5. Concilij Carthaginenſis canon 17. 39. Concilij ſexti canon 36. 39. TEXTVS. De ordine patriarcharum, & quæ ab illis reliquisq; epiſcopis pro ordinatione dentur: denique quòd omnium eccleſiarum caput ſit Conſtantinopolis, lege lib. 1. Cod. tit. 1. conſt. 7. & tit. 2. conſt. 6. 20. 24. & tit. 1. Nouellarũ conſtit. 2. & tit. 2. conſt. 3. Conſt. uerò * 16. tit. 2. lib. 1. dicit, quòd Conſtantinopolitanus [*ſupra*] alios habeat ª præeminentiam. Et conſt. 8. tit. 1. Nouellarum, & 3. tit. 2. faciunt primæ Iuſtinianæ archiepiſcopũ, ac [*habent*], quòd maior ſit metropolitano, & quòd à ſua ſynodo creetur: deniq;, quas prouincias [*ſub ſe*] habeat. SCHOLIVM. Conſt. 7. tit. 1. li. 1. Cod. nõ eſt poſita in Baſil. Conſt. uerò 6. tit. 2. eiuſdem lib. eſt cap. 6. tit. 1. lib. 5. Baſil. dicitq; in hunc modum: Oportet illos qui in Illyrico de [*re*] quapiam canonica quæſtionem mouent, de ea ad archiepiſcopum Conſtantinopolitanũ referre, & ab ipſo ad ſacerdotalem conuentum, qui ſancto iudicio & diuina lege [*illam*] dijudicet. Conſt. 20. etiam & 24. eiuſdem tit. & lib. poſita non eſt in Baſil. Verùm conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum eſt Iuſtiniani Nouella 123. [*ac*] poſita [*eſt*] in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 9. qui ſic habet: Præ omnibus autem illud cuſtodiri ſancimus, ut nemo per largitionẽ auri, aut aliarum rerum ordinetur epiſcopus. Si quid tale delinquatur, tam qui dant, quàm qui accipiunt, & mediatores eorum, ipſi ſeipſos condemnationi ſecundum diuinas ſcripturas & diuinos canones ſubijciunt. Ac propterea tam is qui dat, quàm qui accipit, & mediator exiſtens à ſacerdotio aut clericali honore remouetor. Quod uerò per hanc cauſam datum fuerit, illi eccleſiæ uindicator, cuius ſacerdotium uoluit redimere. Si mundanus ſit, qui per hanc cauſam accipit, aut mediator in negocio factus eſt, datas res in duplum ab eo exigi iubemus uindicandas [*ſcilicet*] eccleſiæ. Non ſolùm autem quæ hoc modo data ſunt, uindicari præcipimus: ſed etiam omnem cautionem pro hoc quocunq; modo expoſitam, aut pignorum ac fideiuſſoris obligationem, omnem deniq; aliam quamcunq; actionem uacare ſancimus. atq; inſuper qui promiſſionem acceptauit, non ſolùm confeſsionem reddito: ſed etiam alterum tantum, quantum confeſsione continetur, exigitor, quod ipſum dari deber eccleſiæ. Si quis tamen ex epiſcopis, ſiue ante ordinationem ſuam, ſiue poſt ordinationem, uoluerit proprias res ſuas, aut ex ijs partem eccleſiæ, cuius ſacerdotiũ ſuſcepit, offerre: non ſolùm id non prohibemus, & omni cum condemnatione ac

Nihil tale in hac conſt. habemus, ſed ſimile quiddam in 6.

ª προεδρίαν.

ne ac pœna liberum eſſe per hanc legem ſancimus: ſed etiam omni laude dignum iudicamus. quandoquidem id non emptio, ſed oblatio eſt. Conſtit. 16. tit. 2. lib. 1. non eſt poſita in Baſil. neque [*etiam*] conſtit. 8. tit. 1. Nouellarum, quæ eſt 11. Iuſtiniani Nouella. Conſtit. uerò 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Iuſtiniani Nouella 131. quæ in lib. 5. tit. 3. cap. 1. themate 2. hunc in modum poſita eſt: Ac propterea ſancimus, ut ſecundum eorum definitiones ſanctiſs. ueteris Romæ Papa, primus omnium ſacerdotum ſit: beatiſsimus uerò archiepiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, ſecundum locum poſt ſanctam Apoſtolicam ueteris Romæ ſedem obtineat, cæteriſq; omnibus præferatur. Beatiſsimus autem pro tempore archiepiſcopus Iuſtinianeæ primæ patriæ noſtrę, ſemper ſub iuriſdictione ſua habeat epiſcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripenſis, item Præualiæ, ac Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris: & ab ipſo hi ordinentur, & in prouincijs ipſi ſubiectis locum teneat Apoſtolicæ ſedis Romanæ, ſecundum ea quæ ſanctus papa Vigilius conſtituit. Conſimili modo & archiepiſcopale munus, quod epiſcopo Iuſtinianeæ Carthaginis Aphricanæ diœceſeos dedimus, ex quo Deus nobis hanc reſtituit, conſeruari iubemus. Nota uerò ex præſenti Iuſtinianea Nouella, priuilegia archiepiſcopi Bulgariæ. Hic namque eſt archiepiſcopus primæ Iuſtinianeæ, patriæ Imperatoris Iuſtiniani. Atque Bulgaria quidem propterea Iuſtinianea dicitur. Cæterùm Iuſtinianea Carthago Aphricanæ diœceſeos, nuncupata Iuſtinianea eſt, quòd Imperator Iuſtinianus regionem illam reſtituerit Romanorum imperio. Ac idcircò etiam præſens caput in inſcriptione meminit priuatorum Aphricanæ Carthaginis, quod eſt, priuilegiorum eius. Secundum Latinos enim priuatum dicitur τὸ ἰδικόν. Lege uerò etiam finem Scholij pręſentis capitis, qui pars eſt 131. Iuſtinianeæ Nouellæ, & ſtatuit, ut eccleſia Carthaginenſis Apoſtolicæ ſedis priuilegia habeat.

QVI, ET VBI ORDINENTVR EPISCOPI, AVT *clerici. &c. Si ordinatus per libellum epiſcopatum recuſet.* Caput VI.

APoſtolorum canon 1. 2. 35. Concilij Nicęni canon 4. Concilij Antiocheni canon 13. 19. 22. Concilij Laodicęni canon 5. 12. Concilij Epheſini canon 8. & epiſtola ad Pamphilienſe concilium [*miſſa*]. Concilij Sardicenſis canon 6. Concilij Chalcedonenſis canon 28. Concilij Carthaginenſis canon 13. 18. 49. 56. 98. Concilij ſexti canon 33. 37. Concilij Nicęni ſecundi canō 2. Concilij primi & ſecundi Conſtantinopoli in ęde ſanctorū Apoſtolorū coacti canō 16. Baſilij epiſtola ad [a] ditionis ſuæ epiſcopos: Cyrilli ex epiſtola ad Domnum canō 1. 3. Cyrilli ex epiſtola ad epiſcopos Libyæ & Pentapolis canon 1. 3. Theophili ex [b] Commonitorio canon 3. TEXTVS. Lib. Cod. 1. tit. 3. conſtit. 12. 30. 42. 47. 52. & tit. 1. Nouellarum conſtit. 1. 2. & 17. SCHOLIVM. Conſtit. 12. 30. 42. 47. 52. tit. 1. lib. 1. Cod. in Baſil. non ſunt poſitæ. Primus uerò tit. Nouellarum, eiuſdemq; 1. 2. & 17. conſtit. ſunt in Nouellis Iuſtiniani 6. 123. & 137. Interim 6. non eſt in Baſil. poſita. 123. uerò eſt cap. 9. tit. 1. lib. 3. quod à nobis poſitum eſt in cap. 5. præſentis tit. quod quæras. Nouella autem 137. eſt cap. 8. tit. 1. lib. 3. quod aſperſum eſt ſcholio 8. cap. præſentis tit. circa finem, quod etiam quæras.

a χωρεπισκόποις.
b ὑπομνηστικῷ.

ELECTIONEM SACERDOTVM [c] PROMISſcuæ plebi permittendam non eſſe. Caput VII.

c τοῖς ὄχλοις.

COncilij Laodicenſis canon 13. concilij Niceni ſecundi canon 3.

DE CONTRADICTIONE, QVAE IN EPIſcopi ordinatione fit. Caput VIII.

COncilij Antiocheni canon 19. Concilij Carthaginenſis canon 49. 53. TEXTVS. Tit. 1. Nouellarum conſt. 1. 2. & 17. in quibus etiam de obiectione aduerſus ordinationem clericorū & præſulum [*tractatur.*] Prima namque conſt. tit. 1. Nouellarum, iubet epiſcoporū ordinationes coram omni populo eccleſiæ fieri, inſuper & quemcunq; contradicendi facultatem habere. Et ſi quidem ante ordinationem cōtradictio fiat, ne prius ordinatio procedat, q̃ examinatione habita omnino illum innocentem eſſe cōſtet. Si uerò ante examinationem ordinatus [*quiſpiam*] ſit, ut is unà cum eo qui ordinauit, ſacerdotio excidat. At ſi qui ante ordinationē contradixit, calumniandi animo eum id feciſſe appareat, aut [*reum*] non damnet ac cōuincat, ab eo qui ordinationi præeſt, in perpetuum à ſancta cōmunione ſegregetur, atque ordinatio peragatur. Secunda [*autem*] conſt. eiuſdem tit. ait: Si contradictio fiat ob [*talem*] cauſam, quæ ſecundum leges aut canones ordinationem impedire poſsit. &, Quòd utraque parte præſente, aut ubi accuſator ad tres menſes accuſationem adimplere diſtulerit, examinatio fieri [*debeat.*] &, Quòd ſi accuſator aut non probet, aut aufugiat, eijciatur extra prouinciam, in qua habitat. At ſi ordinatio ante examinationem fiat, ordinatus [*ſacerdotio*] expellatur: ordinator autem in annum à ſacro miniſterio arceatur, uniuerſaq; ipſius ſubſtantia eius eccleſiæ applicetur. Atque eadem [*hæc*] conſtit. etiam in ordinatione clericorum eadem uult obtinere. Conſtit. autem 17. eiuſdem tit. dicit: Si quis quacunque de cauſa ordinandum accuſet, primùm accuſator, ſi criminationem perſequatur, examinator: ſin deſiſtat, aut differat, ordinaturus intra tres menſes [*in ordinandū*] inquirito: & ſi innocens [*aut*] præſente aut abſente accuſatore appareat, [*ipſum*] ordinato. Accuſator aūt ſi clericus ſit, gradu eijcitor: ſi laicus, caſtigator. Si ordinatio ante examinationem fiat, ſacerdotio & ordinator & ordinatus eijciuntor. Atq; dicit eadem obtinere in ordinatione clericorum, epiſcoporum, & præſulum [*monaſteriorum*]. Nota autem præſentem Nouellam, quòd eum qui epiſcopi ordinationem calumniandi animo impedierit, perpetuæ excommunicationi ſubijciat. Quod ſanè nouum eſt, & propterea etiam abrogatum. Neque enim Nouella Iuſtiniani 6. neq; 123. Nouellæ [*illud*] caput, quod accuſatorem extra prouinciam in qua habitat, eijci præcipit, in Baſil. recepta ſunt. Sed benignius eiuſdem Nouellæ caput, quod talem calumniatorem, ſi laicus ſit, eſſe caſtigandum: ſin clericus, deponendum ſtatuit, [*receptum eſt.*] SCHOLIVM. Conſtit. 1. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 6. quæ in Baſil. non eſt poſita. Conſtit. 2. eiuſdem 1. tit. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. Illud uerò eius caput etiam non eſt poſitum in Baſil.
137 Conſtit. 17. eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [*q; eſt*] in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 8. quod hunc in modū habet: Cæterùm ſi quis contra eum qui epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alius clericus, aut etiam præſul monaſterij ordinandus eſt, accuſationem aliquam inſtituat quacunque de cauſa, quæ poſſit ſecundum leges aut canones eius impedire ordinationem: differtor huiuſmodi ordinatio, & interponitor prius examinatio accuſationis: præſente etiam accuſatore, & ea quæ ab ipſo in crimen delata ſunt, ad terminum uſque perſequente. Imò quamuis accuſator ſe abſentet, aut moras nectat: nihilominus ſic quoque is qui ordinationem facturus eſt, intra menſes tres exactiſsimam ea de re quæſtionem habeto. Et ſi quidem eum qui accuſatione in crimen uocatus fuit, ſiue ſecundum ſacros canones, ſiue ſecundum noſtras leges obnoxium inuenerit: prohibetor ordinatio. Si uerò innocentius apparuerit: celebrator ordinatio, ſiue præſente ſiue abſente accuſatore.

Accu-

Accuſator aũt, ſi præſens non probauerit, ſiue [*inſtitutam accuſationem*] deſeruerit: ſi quidem clericus ſit, proprio gradu depellitor. Si laicus, cõpetentem coercitionem ſuſtineto. At ſi quis accuſatũ ante examinationẽ ordinauerit: tam qui ordinauit, quàm qui ordinatus eſt, uterque ſacerdotio depellitor. ALIVD SCHOLIVM. Quòd intra tres menſes introductam aduerſus ordinandum accuſationẽ, ſiue pręſente ſiue abſente accuſatore, decidi [*oporteat*]: ſpeciale eſt, [*atq;*] propter utilitatem ordinationis [*cõſtitutum*]. Exiſtimo itaq; poſteriores leges, quæ * triginta edictis ſcripto comprehenſis accuſatores euocandos eſſe ſtatuunt, ac [*inſuper*] reliqua quæ de accuſatoribus legibus prodita ſunt, in præſenti ſpecie non habere locum. Nam ſi hoc concedatur, ſuperfluum erit, quod intra trimèſtre ſpacium examinatio fieri debeat. Verumenimuerò, quum accuſator paucorum dierum ſcripto comprehenſis edictis euocari debeat, ineuitabiliter [*& neceſſariò*] illa dari oportebit.

* τριακονθημέρων

INTRA QVOD TEMPVS EPISCOPI ORdinandi ſint. *Caput* IX.

COncilij Chalcedonenſis canon 25. Concilij 6. canon 14 Conſt. 2 tit. 1. Nouellarum ait: Si ciuitatis [*clerici & primores*] ultra ſex menſes epiſcopum decernere differant, is qui ordinandi ius habet, periculo animæ ſuæ [*epiſcopum*] ordinato: [*atq;*] alia omnia ſeruantor. SCHOLIVM. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarũ, eſt Nouella Iuſtiniani 123. Hoc autem ius cap. in Baſil. poſitum non eſt. Verùm ſcias ſanctiſs. Dominum noſtrum & [a] uniuerſalem patriarcham, Dn. Michaelem hoc iure uſum, quum tribus uicibus metropolitanum illum Amaſenum, Dn. Leonem, [b] edicto impeteret, quód Aminſi epiſcopatum ultra annum [*iam*] uacãtem nemini decerneret. Dicebat enim, quia [*iam*] diutino tempore Aminſus à metropolitano [*nemini*] decreta eſſet, ac inſuper tribus edictis ut epiſcopatum [*cuiquam*] decerneret præcipientibus ad ipſum emiſsis, ipſe tamen hoc non feciſſet: ſe rectè ex præſcripto iſtius legis epiſcopum decreturũ, ac [*iam*] decretum ordinaturum. Quum autem [*tum*] nonnulli dicerent, Nouellum illud [c] præſcriptum non eſſe in Baſil. receptum, ideoq; [d] nullarũ uirium eſſe: [*nihilominus*] permanſit [*in ſententia,*] atq; indignum eſſe dixit, ſi [*uel unus*] apex eorum quæ in Nomocanono, [*id eſt, in libro ex legibus & canonibus conſarcinato*], ſcripta ſunt, quum [*ille*] tanquam à Deo ſcriptæ tabulæ in eccleſia æſtimetur, reprobaretur. Verùm quum poſtmodum idem, quod antè, ex Imperatoris ore, & præcipuis ſenatoribus audiſſet: ſe confeſtim ad præſentis operis compoſitionem contulit, quemadmodum [*etiam*] in procœmio ſignificauimus. Atque ita ſanè inefficaci iſti Nouellæ Chalcedonenſis concilij canon 25. præualet. SCHOLIVM. De ordinatione epiſcoporum in præſenti cap. tempus comprehenſum, duplicem habet interpretationem. Siquidem 25. canon Chalcedonenſis concilij ſtatuit, ut intra tres menſes in uacantes eccleſias epiſcopi [e] præconio declarati [*introducantur:*] Concilij uerò 6. canon 14. de ætatis epiſcoporum tempore docet. Ac tranſgreſsio quidem illius, eccleſiaſticæ pœnæ [*reum*] ſubijcit: huius uerò, [*à ſacerdotio*] remotioni.

a οἰκουμενικόν. b ἐπιφωνήματι. c διάταξιν. d ἄπρακτον. e ἐπικηρυττόμεναι.

NE QVISQVAM AVT EPISCOPVS, AVT PRESBYter, *aut diaconus ordinetur, priuſquam omnes domeſticos ſuos effecerit Chriſtianos orthodoxos.* *Caput* X.

COncilij Carthaginẽſis canon 36. TEXTVS. Etiam conſt. 18. tit. 5. lib. 1. & conſt. 10. tit. 11. puniunt Samaritanos & * paganos baptizatos, ſi uxores ſuas & liberos quos domi habent, ad ſacroſanctum baptiſma non adducant. SCHOLIVM. Conſt. 18. tit. 5. lib. 1. Cod. in Baſil. non eſt poſita, neq; conſt. 10. tit. 11. eiuſdem lib. Quæret fortaſſe aliquis, Quum 36. canon concilij Car-

* ἕλληνας.

Carthaginenſis ſtatuat, ne quiſquam in clericorum numerum recipiatur, niſi ſi omnes domeſticos ſuos Chriſtianos faciat: quomodo præſentes conſtitutiones, quum dicant eos qui ex paganis Chriſtiani facti ſunt, puniri, niſi uxores ſuas & liberos, omneſque domeſticos ſuos ad ſacroſanctum baptiſma adducant, poſitæ non ſunt in Baſil. quum [tamen] in his cum canone conueniant? Conſtit. in Baſil. aſſumptæ non ſunt, propter ſancti Pauli apoſtoli præceptum ſtatuentis, ne infidelium matrimonium ſoluatur, ſi alter illorum fidelis fiat. Quî namque ſcis (inquit) an fidelis infidelem coniugem ſuam ad fidem ſit deducturus: & è contrario? Canon autem non uult eum qui nunquam infidelis, ſed [ſemper] orthodoxæ fidei fuit, cohabitare infideli: [&] multo quidem minùs, poſtquam in clerum [allectus ſit]: ac idcirco in clerum aſſumi non permittit. Quin alij quoque canones fidelem [in matrimonium] coniungi infideli non ſinunt. Eſt ergo differentia inter eum qui, quum infidelis fuiſſet, ad fidem conuerſus eſt: & eum qui à natiuitate fidelis fuit. Ille enim uenia dignus habetur, ſi cognatos [& neceſſarios] infideles non eijciat, quòd ſe illos etiam ad orthodoxam fidem conuerſurum ſperet: hic uerò punitur, tanquam cum infidelibus commercium habeat, & ut in clerum aſſumatur non permittitur.

DE HIS QVI EX LAICORVM STATV. *epiſcopi fiunt.* Cap. X I.

CONcilij Sardicenſis canon 10. Concilij primi & ſecundi in ſanctorum Apoſtolorum æde coacti, canon 17. TEXTVS. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, non permittit ex laicorum [ſtatu] confeſtim [aliquem] epiſcopum creari: ſed [requirit] ut prius clericus fiat, & ad tres menſes ſcripturas & canones diſcat. Conſt. autem 1. eiuſdem lib. & tit. uult, ut non minus ſex menſibus clericus prius aut monachus fuerit. SCHOLIVM. Conſt. 2. eiuſdem 1. tit. Nouellarū eſt (ut ſuperius dictum eſt) Iuſtiniani, Nouella 123. Hoc uerò eius caput non eſt poſitum in Baſil. Et conſt. 1. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 6. Et neque hæc, quum [tamen] de his qui ex laicis epiſcopi fiunt, tractet, inſerta eſt Baſil. quemadmodum neque quæcunque Iuſtiniani Nouella alia, quæ hac de re diſſerit. Huius igitur [rei] cauſa uni 17. canoni 1. & 2. concilij in ſanctorum Apoſtolorū æde coacti, animum adhibe. Illic enim omnino dicetur, quomodo canon interpretandus ſit, & quid ex Iuſtiniani Imperatoris Nouellis obtineat.

ἐθνικός. QVOMODO *GENTILIS, AVT AEGROTVS, AVT RECENS *baptizatus, aut [quiſquam] ex mala conuerſatione [prodiens] ordinetur [aut] epiſcopus, aut clericus.* Cap. XII.

APoſtolorū canon 80. Concilij Nicæni canon 2. Concilij Neocæſarienſis canon 12. Concilij Laodicenſis canon 3.

QVOMODO EPISCOPVS EPISCOPATVM NON *habens, ad uacantem epiſcopatum perueniat.* Cap. XIII.

COncilij Antiocheni canon 16.

QVANDO EVNVCHVS, AVT QVI ALIOQVI *malè affecto corpore eſt, epiſcopus, aut clericus creetur.* Caput XIIII.

APoſtolorum canon 21. 22. 77. 78. concilij Niceni canon 1. TEXTVS. Ciuilis lex eos qui ſeipſos aut alios caſtrant, diuerſimodè punit: aliàs capite, aliàs [bonorum] publicatione & exilio, aliàs * talione. Omnino enim in noſtra republica neminem eunuchum fieri permittit: ſed apud barbaros ſolùm barbaros. Si quis tamen apud nos caſtratus ſit, liber fit, ſi ſeruus fuerit, etiamſi propter

ταυτοπαθείᾳ.

propter morbum caſtratus ſit:ut lib.4.Cod.tit.42.conſt.1 2.& lib.48.tit.8. digeſtum 4.5.6.11.& in nouella ſanctione 142. De his qui eunuchos faciunt. SCHOLIVM. Conſt.1.& 2.tit.42.lib.4. Cod.poſitæ ſunt in lib. Baſil.19.tit.1.cap.17. quod ad hunc modum habet: Conſtitutio iubet, ne quis Romanus eunuchus fiat, ne extra Romanum quidem ſolum: &, ne [*quis*] Romanum eunuchum factum emat:ſed ut qui eunuchum fecit, ac ipſe emptor, [*tum*] & tabellio qui de ea [*re*] inſtrumentum conſcripſit, & publicanus [*deniq;*] qui uectigalis aliquid pro eo ſuſcepit, puniantur. Barbara uerò mancipia, extra Romanum ſolum caſtrata, quibuſcunq; negociatoribus emere liceat, & uendere. Tit. porrò 8. lib.48.Dig.eſt in lib.60.Baſil.tit.38. Hæc uerò capita omiſſa ſunt, & non poſita. Nouella autem Iuſtiniani 142. poſita eſt in lib. Baſil.17.tit.51. cap.4. quod ſic habet: Sancimus, ut qui in quocunq; reipublicæ noſtræ loco quamcunq; perſonam caſtrare præſumunt, aut etiam præſumpſerunt: ſi quidem uiri ſunt qui hoc facere præſumpſerint, aut etiam præſumunt: idem hoc quod alijs fecerunt, & ipſi patiantur. & ſi incolumes euaſerunt, tam bona eorum addicantur fiſco, per eum qui pro tempore magiſtratum obit gloriæ tuæ: quàm ipſi mittantur in gypſum, ubi locorum per omne uitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. Sin uerò mulieres ſunt quæ id egerunt, afficiantur & ipſę ſupplicio, & bona earum per eum qui pro tempore gerit magiſtratum tuum, addicantur fiſco, mittanturq; in exilium: ut ex quo putarint aut cogitarint impium ſe lucrum aſſecuturas, ex eo ſupplicia ſimul & bonorum ſuorum amiſsionem ſuſtineant. Porrò & eos qui ad hoc mandatum dederint, obtulerint'ue perſonas, aut etiam domos uel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut præbent, ſiue uiri ſint ſiue mulieres, eadem ſubire ſupplicia iubemus: utpote qui iniuſtæ huius actionis teſtes facti ſunt. Verùm ipſos caſtratos tametſi à uetuſtioribus temporibus liberos eſſe oportebat: iubemus tamen, ut qui iam inde à decima indictione ineuntis circuli per quemcunq; in locis noſtræ reipublicæ caſtrati fuerunt, liberi ſint: neq; ullo modo, aut quouis genere contractus in ſeruitutem retrahantur: neq; item inſtrumentum de ipſis uel publicum, uel priuata manu conſcriptum, quocunq; tandem modo, aut per fraudem factum, aut fiendum, ualeat. ſed neq; inquirendi illorum ſtatus cauſſa cognitiones, quę ἀνακρίσεις dicuntur, de iſtiuſmodi perſonis interponantur, aut interpoſitę ualeant. Sed & omnes eos qui tali contractui in poſterum miniſterium præbent, ſuperius traditas ſubire pœnas iubemus. Prætcrea ſi uſuueniat, ut ſeruus propter morbum caſtretur: iubemus, ut & ille libertatem nanciſcatur. Qui enim ab initio liberi ſunt, ſi fortè in hoc genus morbi incidunt, ſui poteſtatem habent, ut quod uelint, ſibi remedium adhibeant. Iubemus igitur, ut in noſtra republica caſtrati iam inde à memorato tempore, apud quamcunq; perſonam ſint, perquirantur, & liberi ſint, neq; unquam in ſeruitutem retrahantur. Cæterùm ſi qui eorum poſt pręſentem noſtrã legem aliquos detinere apud ſe caſtratos præſumpſerint: damus etiam ipſis caſtratis licentiam, nimirum qui ſemel ex præſente noſtra lege libertatem promeruerint, ut hîc quidem Maieſtatem Imperatoriam, & ſanctiſſ. pro tempore patriarcham adeant, neq; non apud glorioſiſs. Imperij noſtri proceres relationem ea de re inſtituãt: in prouincijs uerò, apud religioſiſs. locorum epiſcopos, & harũ præſides: quò omnino prouidentia noſtrorũ magiſtratuũ, & periculo obtemperantiũ ipſis cohortiũ (ſiue Cõſtantinopoli, ſiue alibicunq; locorum noſtræ reipub.) his ſecundũ libertatẽ dentur uindiciæ, libertaſq; ex pręſente noſtra lege ipſis largita cõſeruetur. Nam tot cædes cõniuentib. oculis accipere per cauſam eorũ qui talia præſumũt, in noſtra rẽpublica, neutiquam ſuſtinueri mus. Si enim barbari, ſimulatq; noſtra de hoc audierunt mãdata, hæc cuſtodierunt: quomodo tandem permittemus, ut poſt tot retro Principum ſanctiones tale quid denuò delinquatur, aut etiam inultũ relinquatur in noſtra republica?

VT QVI DAEMONEM HABET, CLERI-
cus non ſiat. Cap. XV.

APoſtolorum canon 79.

DE EO QVI SVO EPISCOPO NON OBEDIT,
uolenti ipſum ordinare in altiorem gradum. Cap. XVI.

COncilij Carthaginenſis canon 34. Baſilij canon 1.

DE EPISCOPO, AVT CLERICO ORDINATO, QVI
*ab * incolis non ſuſcipitur, aut non ſuſcipit, aut abire non*
poteſt. Cap. XVII.

* παροικίας.

APoſtolorum canon 36. Concilij Ancyrani canon 18. Concilij Antiocheni canon 17. 18. Concilij ſexti canon 17.

NE EPISCOPVS MORIENS POSSIT ALIVM
pro ſe ordinare. Cap. XVIII.

APoſtolorum canon 76. Concilij Antiocheni canon 23.

NE TEMERE IN PARVA CIVITATE AVT
pago epiſcopus fiat. Caput XIX.

COncilij Laodicenſis canon 57. Concilij Sardicenſis canon 6.

NE IN VNA PROVINCIA DVO METROPOLITA-
ni ſint, aut in una ciuitate duo epiſcopi, aut in duabus ciuitati-
bus unus clericus. Cap. XX.

COncilij Nicæni canon 7. Concilij Chalcedonenſis canon 10. 12. Concilij Nicæni ſecundi canon 15. TEXTVS. Helenopontus duos metropolitanos habet, ut 28. Nouella [*tradit*]: Paphlagonia multos, ut 29. Nouella: [*ſic*] etiam Phrygia Capatiana, & Cappadocia ſecunda. Neq; in duabus ciuitatibus poteſt quis eſſe epiſcopus. Excipitur epiſcopus Tomenſis. ille enim reliquarum eccleſiarum Scythiæ curam gerit. [*Tum*] & Leontopolis Iſauriæ ſub epiſcopo Iſauropolis eſt, ut lib. 1. Cod. tit. 3. conſt. 35. [*habet.*] Neq; præſul [*quiſquam*] duorum monaſteriorum ſit, ut conſt. 39. eiuſdem tit. SCHOLIVM. Nouella 28. poſita eſt in lib. 6. Baſil. tit. 12. cap. 1. quæ hîc à nobis [*ideo*] non eſt poſita, quòd quarum regionum mentionem facit, illarum multùm ab impijs barbaris immutatus ſit ſtatus, eaq; ratione irritæ factæ ſint Nouellæ. Nouella uerò 29. ſcripta eſt in lib. Baſil. 6. tit. 13. cap. 1. hîc autem propter eandem cauſam non eſt poſita. Porrò 35. conſt. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt cap. 3. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod ſic ait: Eum, qui quamcunq; ueterem aut recens conditam ciuitatem proprij epiſcopatus iure, alio'ue priuilegio priuat, tametſi Principis permiſſu [*id faciat:*] infamia notat multatq; bonis conſtitutio, ac ſimul inceptum facit irritum. Excipit autem Scythiæ prouincias, & Leontopolim in Iſauria. Conſt. 39. eiuſdem tit. & lib. non eſt poſita in Baſil. Conſtit. 39. tit. 3. lib. 1. Cod. quæ ſtatuit, ne quis præſul duorum monaſteriorum fiat, [*quanquam*] nullius efficaciæ eſſe debeat, quòd in Baſil. poſita non ſit: efficaciam [*tamen*] habet [b] ex interpretatione 15. canonis Concilij ſeptimi, conſtituentis, ne quis in duabus eccleſijs unius urbis clericus fiat. Si nanq; non permittitur cuiquam in duabus eccleſijs clericum fieri, multo magis præſul duo monaſteria non moderabitur: quemadmodum neq; unũ caput duo corpora. Quòd autem Pantocratorenus præſul multis monaſterijs præeſt, non aduerſatur canoni. Nam multa illa monaſteria, ut unum reputantur, quòd [c] auctarij inſtar ad illum deuenerunt. [*Deinceps*] uerò huic loco inſertæ legi (cap. uidelicet 3. tit. 1. lib. 3.) animum ne aduertas. Siquidem à canone 7.

b ἀνεκδότως.
c κατ' ἐπίδοσιν.

Chalce-

Chalcedonenſis Concilij, & canone 38. in Trullo [*habiti*] Concilij, eſt abrogata. Legas autem 38. illum canonem, eiusq́ expoſitionem. Inſerta ſunt enim illi ſcripti Imperatorij uerba, quæ, quomodo Imperatoribus iura priuilegiaq́ eccleſiaſtica tranſmutare concedatur, explicant.

DE HIS QVI ORDINANT IN CIVITATIBVS, *aut prouincijs, quæ ſub ipſis non ſunt.* Cap. XXI.

APoſtolorum canon 35. Concilij Antiocheni canon 13.22. Concilij Epheſini canon 8.

DE HIS QVI PATROCINIO MAGISTRAtuum *eccleſias occupant.* Cap. XXII.

APoſtolorum canon 30. Concilij Nicæni ſecundi canon 3. SCHOLIVM. Lege cap. 1. tit. 8. præſentis operis, & quæ in illo annotantur.

DE HIS QVI PROPTER MATRIMONIVM *aut concubinatum non ordinantur epiſcopi aut clerici.* Cap. XXIII.

Apoſtolorum canon 17.18.19. Concilij ſexti canon 3.12. Baſilij canon 12. TEXTVS. Lege tit. 1. Nouellarum conſt. 1. 2. 17. in quibus dicitur, cum qui epiſcopus, presbyter, diaconus, aut hypodiaconus creandus eſt, debere eſſe uirginē, aut ex uirginitate unam [*dumtaxat*] uxorē uirginem duxiſſe. SCHOLIVM. Conſt. 1. 2. & 17. tit. 1. Nouellarū, ſunt poſitę in Nouellis Iuſtiniani 6. 123. & 137. Veruntamen quę ad Nouellā 6. [*pertinent*], poſita non ſunt in Baſil. Quæ autē ad Nouellam 123. [*pertinent*], poſita ſunt in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 27. quod ſic inquit: Clericos autem non aliter ordinari concedimus, niſi literas ſciant, & recta fide ac honeſta uita ſint, & neq́ concubinam, neq́ naturales habuerint aut habeant liberos: ſed qui uel caſtè uiuunt, uel uxorem habuerunt aut habent legitimam, & eam unam & primam, neq́ uiduam, neq́ [*diuortio*] ſeparatam à uiro, neq́ alioqui legibus aut ſacris interdictam canonibus. Quæ uerò 137. conſt. ſunt, poſita ſunt in cap. 7. eiuſdem lib. & tit. quod ſic habet: Sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare epiſcopum, coeant in unum clerici & primates ciuitatis, cui epiſcopus ordinandus eſt, & propoſitis ſacroſanctis Euangelijs de tribus perſonis decreta faciant, & quiſq́ eorum iuret per ſacra eloquia, idq́ ipſis decretis inſerant, quòd neq́ per largitionē, neq́ promiſsionem, neq́ amicitiā, aut gratiam, aut quamcunq́ aliam affectionem, ſed quòd ſciant ipſos rectæ & catholicæ fidei, ac honeſtæ uitæ eſſe, & ſupra trigeſimum ætatis annum hos elegerunt: & quòd neq́ uxorem aut concubinam, aut naturales liberos nouerunt ipſos habuiſſe, aut habere: ſed & ſi quis ipſorum priùs uxorem habuerit, tamen eam ſolam, & neq́ uiduam, neq́ ſeiunctam à uiro, neq́ legibus ſacris'ue canonibus interdictam habuerit. Sed neque curiæ muneribus addictum, neq́ cohortalem aliquem ex his nouerint, qui decretis electus eſt: præterquam ſi curiæ muneribus addictus, aut cohortalis, non minus annis quindecim monachicam in monaſterio uitam extra omnem calumniam tranſegerit: uidelicet obſeruatione, quæ prius à nobis dicta eſt, per facienda de ipſis decreta, & in his perſonis cuſtodienda: ut ex tribus illis perſonis, quæ decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur, electione & iudicio eius qui ordinandi ius habet.

¶ Quæret [*fortaſſe*] quiſpiam, quū præſens Iuſtiniani Nouella in Baſil. recepta ſit, ac ſtatuat, ne aliter quiſquam epiſcopus ordinetur, quàm ſi à clericis & primoribus ciuitatis de tribus perſonis decretum fiat, & quiſq́ illorum iuſiurando per ſacra Euangelia concepto de ijs ea aſſerat, quæ in Nouella comprehenduntur: quomodo nihil horum hodie [*in uſu*] obtineat? Per canonem 4. Concilij Niceni, canonem 19. Concilij Antiocheni, & 12. Laodiceni, ſtatuentes, epiſcopum ab epiſcopis ipſorum iudicio decerni atq́ ordinari debere: irritū redditur,

ditur, quòd propoſitis ſacroſanctis Euãgelijs à clericis & ciuibus de epiſcopis decreta fieri [*debeant*]. Idcirco enim (ut uidetur) etiam illa in 7. lib. poſita lex, quæ ſtatuit, ut iudices propoſitis ſacroſanctis Euangelijs iudicent, nullam uim & authoritatem habet. Quòd uerò de tribus perſonis ab epiſcopis [*etiam*] hodie decreta fiunt: ad id (ni fallor) præſens Nouella [*ipſos*] adigit.

DE HIS QVI DATIS PECVNIIS ORDINANTVR, *aut ſuſcipiunt officia.* *Caput* XXIIII.

Concilij Chalcedonẽſis canõ 2. Apoſtolorũ canon 29. Concilij ſexti canõ 22. 23. Taraſij archiepiſcopi ad Adrianũ papã Rom. epiſtola, Concilij Niceni ſecundi canõ 4. 5. 19. Baſilij ex epiſt. ad [a] ſuos epiſcopos, Gennadij & [*coactu*] cũ ipſo Cõcilij, ex Ecyclij ad ſanctiſſ. metropolitanos epiſtola. TEXTVS. Lege lib. 1 tit. 3. conſt. 30. 41. & tit. 1. Nouellarum conſt. 1. 2. 11. in quibus etiam dicitur de [b] inſinuatiuis, quæ ab epiſcopis & clericis dantur. &, quòd Byzantij [*ſolùm*] magnæ eccleſiæ, non uerò etiam aliarum [*eccleſiarum*] clerici hæc [c] collegis ſuis dant. Qui uerò illa dant, non dare amplius, quàm unius anni diaria. [*Quòd etiam*] neque curam qualemcunque, neque adminiſtrationem eccleſiaſticam per [*quarumpiam rerum*] dationem ſumere, uel pauperum domibus, xenodochijs, domui'ue [*cuipiam*] ſacræ præfici quiſquam poteſt. Quæ uerò propter hæc dantur aut promittuntur, ea omnia eccleſiam ſacram'ue domum uindicare. Epiſcopos autem facultatem habere, ut aut ante aut poſt ordinationem eccleſijs [*quidlibet*] offerant. SCHOLIVM. Conſt. 30. & 41. tit 3. lib. 1. Cod. poſitæ non ſunt in Baſil. atq; ideo irritæ factæ ſunt. Conſt. autem 1. 2. 11. tit. 1. Nouellarum, ſunt Nouellæ Iuſtiniani 6. 123. & 56. Atq; 6. quidem conſt. præſens caput non eſt poſitum in Baſil. neque item Nouella 56. quæ de inſinuatiuis quæ Byzantij à clericis illic ordinandis dantur, docet. Nouella uerò 123. (ut ſæpe dictũ eſt) poſita eſt in 3. lib. Baſil. tit. 1. cap. 9. & deinceps. Quod [*quidem*] 9. cap. præſentis tit. capiti 5. extrinſecus [*in Scholio nempe*] inſertum eſt: quod legas, [*utpote*] quod de ijs qui datis pecunijs ordinantur, doceat. Porrò de diarijs quæ dantur, quære eiuſdem lib. & tit. cap. 35. & 36. quæ ſic habent: Cæterùm neque clericum cuiuſcunque gradus dare quippiam illi à quo ordinatur, uel cuicunque alij perſonæ permittimus. Tantummodo eius qui ordinat, miniſtris, & qui ex more accipere [*ſolent*], conſuetudines dabit, quæ tamen unius anni diaria non exuperent. In ſanctiſs. eccleſia in quam allegitur, ſacrum munus explebit, & nihil omnino [d] collegis ſuis pro ſua [e] inſinuatione dabit, neque per hanc cauſam, aut [f] ſolida ſua mercede, aut alijs quæ particulatim obueniunt, fruſtrabitur. Sed neque xenodocho, aut ptochotropho, aut noſocomo, aut alius cuiuſcunque ſacræ domus diſpenſatori, aut [*denique*] ei qui qualemcunque eccleſiaſticam curam ſuſcipit, pro concredita ipſi adminiſtratione quicquam illi à quo præficitur, alij'ue qualicunque perſonæ, dare [*concedimus*]. Qui uerò præter hæc quæ conſtituimus, aut dederit, aut ceperit, aut mediator factus fuerit, ſacerdotio ſiue clericatu, aut concredita ipſi qualicunque adminiſtratione nudabitur: quæ autem data erunt, uindicabuntur ſacro loco, cuius talis perſona aut ordinationem, aut curam, aut adminiſtrationem ſuſcepit. Sed ſi [g] mundanus ſit, qui capit, aut mediator [*negocio*] interuenerit: quod datum eſt, eius duplum exigetur, ſacroq; loco in quo illa perſona uel adminiſtrationem, uel ordinationem, uel curam ſuſcepit, præbebitur. Si quis tamen clericus cuiuſcunque gradus, aut diſpenſator cuiuſcunque ſacræ domus, aut ante ordinationem, aut ante concreditam ipſi qualemcunq; adminiſtrationẽ uel curam, [*aut etiam*] poſtmodum uoluerit aliquid rerum ſuarum offerre eccleſiæ in quam ordinatur, uel loco cuius adminiſtrationem curam'ue ſuſcipit: non ſolùm id fieri non prohibemus, uerumetiam ut id pro ſalute animæ ſuæ faciant, etiam atq; etiam ipſos hortamur. Illa enim dari prohibemus, quæ priuatis quibuſpiam hominib. præbentur,

a χωρεπισκόπων.
b ἐμφανιστικῶν.
c συγκληρικοῖς.
d συγκληρικοῖς.
e ἐμφανείας.
f παραμυθιῶν ἢ τῶν ἄλλων μεριστικῶν.
g κοσμικός.

bentur,non etiam quæ ſanctiſs. eccleſijs alijsq́; ſacris locis offerũtur. Lege etiã finem cap.9.tit.1.lib.3.in cap.5. preſentis tit. quòd illis præſens lex inſerta ſit. ALIVD SCHOLIVM. Præſens Nouella remotioni ſubijcit canonicos,qui datis pecunijs ordinantur, aliam'ue quampiam eccleſiaſticam ſuſcipiunt curam: atq; laicos qui in his [*rebus*] mediatores facti ſunt,eius quod ipſis datum eſt,in duplum exactioni facit obnoxios.Canon aũt 2. Concilij Chalcedonẽſis;laicos qui in his mediatores interueniunt,anathemati ſubijcit. Verùm quòd laici qui datis pecunijs ſacrorũ locorum adminiſtrationes ſuſcipiunt,puniantur,ex præſenti Nouella conſtat. [*At*] quis'nam [*tandem*] laicus [a] citra dationem aut procurationẽ ſacri loci,miniſterium'ue eccleſiaſticũ ſuſcipiat, aut clericus fiat, aut in [b] cellam monaſticam admittatur: [*equidem*] ignoro.Ac propterea flexis genibus Deum oro,ut nos ab iſtiuſmodi minis liberare uelit, [*clamans*] : Si iniquitates obſeruaueris Domine,quis ſuſtinebit?

a ἀδοτί. b οὐ κελλιώτι κῆ εἶναι κατα-ταγμένος.

NE ORDINATIONES ITERENTVR.
Caput XXV.

APoſtolorum canon 68.Concilij Carthaginenſis canon 53.

NE EPISCOPVS AVT CLERICVS EX VNA CI-
uitate in aliam tranſeat. *Caput* XXVI.

COncilij Nicæni canon 15.16.Concilij Antiocheni canon 21.Concilij Chalcedonenſis canon 5.12.20.Concilij Sardicenſis canon 1.2.15. Concilij Carthaginenſis canon 54.90.Concilij ſexti canon 17.18.20. TEXTVS. Conſt.9.& 10. tit. 1. Nouellarum aiunt, quòd in magnam eccleſiam Conſtantinopolitanã aliarum eius eccleſiarum clerici transferantur. SCHOLIVM. Conſt.9.tit.1.Nouellarum,eſt Nouella Iuſtiniani 3.poſitaq́; eſt in lib.Baſil.3. tit. 2. cap.1.quæ ubi enumerauit,quot clerici in magna eccleſia alijsq́; ſacris ędibus eſſe debeant,& tranſitionem clericorum ex una eccleſia in aliam prohibuit:in hæc uerba loquitur:Nam ſi in ſacris monaſterijs prohibemus,ne quis de uno ad aliud tranſeat: multo minus id reuerendiſs.clericis permittemus,rati huiuſmodi cupiditatem ſpeciẽ præ ſe ferre quæſtus & nundinationis. Cæterùm ſi quando & hoc tranſitionis genus uel beatitudini tuę,uel pro tempore Maieſtati Imperatoriæ probabitur:ne aliter id fiat,niſi prius [*res ipſa*] ad numerum,quem prædiximus, redigatur,ut ea tranſitio in deficientis locum fiat,neque ſupernumerarius omnino aliquis irrepat. Nulla enim id machinatione, neque ullo modo fieri permittimus.Porrò 10.conſt.1.tit. Nouellarum, eſt Iuſtiniani Nouella 16. poſitaq́; eſt in lib.Baſil.3. tit. 3.ca.1 quod lege:quia eadẽ fermè,& ut [*quo loco*] clerici deſunt,ex ſuperfluis miniſterijs [*defectus*] ſuppleatur docet. Nota uerò,quòd à præſenti Nouella [*archiepiſcopo*] Conſtantinopolitano ex alijs eccleſijs clericos ſuſcipere,ſuoq́; clero accenſere,aut etiam epiſcopos efficere cõceditur. Quod etiam à canone conceditur epiſcopo Carthaginenſi.

DE EO, QVI DVM OBNOXIVS PECCATO ESSET,
ordinatus eſt. Cap. XXVII.

COncilij Nicæni canon 9.10. Concilij Neocæſarienſis canon 9. Baſilij canon 27.Theophili ex [c] Commonitorio canon 4.5.8.

c ὑπομνηστικοῦ.

DE AETATE ORDINANDORVM, SIVE MA-
res ſiue fœminæ ſint. Cap. XXVIII.

COncilij Carthaginenſis canon 16.Concilij ſexti canon 14.15.Concilij Neocæſarienſis canon 11.Concilij Chalcedonẽſis canõ 15. TEXTVS. Conſt. 9.tit.1.lib.1.Cod.non concedit diaconiſſam fieri,quę ſexageſimum annum non ſuperauit. Conſtit. uerò 1. tit. 1. Nouellarum dicit, [*Satis eſſe, ſi*] quinquaginta annorum ſit. Et ſi propter neceſſariam aliquam cauſam hac ætate [*aliqua*] mi-

not ordinata fuetit, [*illam*] in monaſteriũ detrudi uult, in quo uiri cõmerciũ nõ
habent, nec libera uiuẽdi ratio eſt. Verùm conſt. 2. eiuſdẽ tit. eccleſiæ diaconiſ-
ſam fieri nõ uult, quę quadraginta annis minor ſit. Eadẽ porrò conſt. ait: Ordi-
nandum presbyterum non debere eſſe minorem annis triginta, diaconum 25.
lectorem octodecim, epiſcopum [*deniq;*] trigintaquinq;. Sed conſt. 17. eiuſdem
tit. uult, ut epiſcopus trigeſimum annum exceſſerit. SCHOLIVM. Conſt.
9. tit. 1. lib. 1. Cod. poſita non eſt in Baſil. neque uerò conſt. 1. tit. 1. Nouellarum,
quæ Nouella ſexta Iuſtiniani eſt, ut explicatum eſt. Conſt. autem 2. tit. 1. Nouel-
larum eſt Nouella Iuſtiniani 123. habeturq; lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 29. quod ſic ha-
bet: Diaconiſſa autem in ſancta eccleſia non ordinator, quæ minor quadragin
ta annis ſit, aut ad ſecundas peruenit nuptias. Similiter eiuſdẽ tit. cap. 28. quod
eiuſdem Nouellæ pars eſt, hæc dicit: Presbyterum uerò minorem annis trigin
ta fieri non concedimus. Sed neque diaconum aut ſubdiaconum minorem ui-
gintiquinque: neque item lectorem, minorem annis decem & octo. Veruntа-
men ſcias, quòd Iuſtiniani Nouella, [a] ut ad longum inuenitur, lectorem fieri di
cit, qui eſt annorum octo: & epiſcopum, qui eſt trigintaquinq;: quemadmodũ
hoc etiam præſens liber dicit. Enimuero in [*legum*] Repurgatione epiſcopi tẽ-
pus perfectè eſt exceptum [*ac deſcriptum*]: lectoris autem tempus, ſuperabun-
danter. Pro octo namque annis, octodecim [*habet, ac tot*] annorum lectorem
[*debere*] eſſe dicit. Debes itaque magis audire quæ in Baſil. ſcripta ſunt, quàm
quæ comprehenduntur in libris qui ante Repurgationem authoritatem obti-
nuerunt, [*nunc*] autem irriti ſunt. ALIVD SCHOLIVM. Alia quidem [*cer-
tè*] legum hîc de epiſcoporum, ſacerdotum, diaconorum, atque ſubdiaconorũ
ætatis annis aſperſarum [*capita*], quòd eadem & canonibus placuerunt, [*in re-
publica*] obtinent atque rata ſunt: illud autem de ætate lectorum qua de cauſa
non obtineat, non uideo. Tametſi enim lex dicat, octodecim annorum lecto-
rem eſſe debere: inſigniuntur tamen hodie lectorum clericorum [*titulo*], qui
ſex annorum, & interdum etiam trium [*tantummodo*] ſunt. Lege igitur 14. & 15.
canones Concilij ſexti, qui remotioni ſubijciunt eos, qui diaconos aut ſubdia-
conos ordinant ante completum uigeſimumquintum [*ætatis*] ipſorum annũ:
aut ſacerdotes ante trigeſimum annum. Qui uerò dicunt non peccari, ſi lecto-
res ante completum duodeuigeſimum ætatis ſuę annum inſigniantur, quòd
ipſorum canones mentionem non faciant: malè dicunt. Vbi enim canones ni-
hil determinãt, ſequi debemus leges, & ſimilia ex ſimilibus decidere. ALIVD
SCHOLIVM. Conſt. 17. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 137. quæ po
ſita eſt in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 8. quod [*ipſum*] caput aſperſum eſt 23. cap. præſen-
tis tit. ad hunc modum incipiens: Sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare e-
piſcopum. De eo autem, qui epiſcopus ordinãdus eſt, illud caput ex parte hæc
diſertè dicit: Sed quòd ſciant ipſos rectę & catholicę fidei, ac honeſtę uitæ eſſe,
& ſupra trigeſimum ætatis annum, hos elegerint. Abrogat igitur hæc Nouel-
la, quantum ad ętatem epiſcopi [*attinet*], Nouellam 123. ALIVD SCHO-
LIVM. Ex præſenti 28. cap. ac in eo ſcriptis, didiciſti ætates ordinandorum.
De ijs autem qui in imperfecta ętate officia aut dignitates ſuſcipiunt, repoſitũ
eſt in publicis ſecretis edictũ Dn. Alexij Comneni ſemper celebrãdi Imperato
ris. [*Tu uerò*] illud etiã cognoſce. Habet [*autem*] ita ad uerbũ: Multi ubi ob de-
nunciatam reipublicę aliquam utilitatem, aut per [b] ambitionem, qualemcunq;
dignitatem uel officium aut capere, aut permutate, aut uendere petierunt: ea
in paruos pueros transferũt. Ne igitur hoc fiat, neq; tales imponere [*nobis*] aut
decipere conſpiciantur: ſtatuit Imperatoria mea Maieſtas, ut quicunq; dignita
tem uel officium ſiue propter denunciationem, ſiue propter beneuolentiã ali-
quam, ſiue per cõmutationem, ſiue in munus & per largitionem, [c] aut dum a-
nimum noſtrum oblectamus, ab Imperatoria mea Maieſtate acceperit: ne [*is*]
quem.

a εἰς πλάτος ἀνεγνωσμένη.
b φιλοτιμίαν.
c ψυχμόν.

quempiã qui honoretur, uiginti annis minorem [*in locum ſuum*] admittat. Quin omnes quicunque per eaſdem cauſas aut dignitatẽ aut officium accipiunt, maiores uiginti annis ſunto. Quando uerò Imperatoria mea Maieſtas non propter talem cauſam, ſed [a] nulla cauſa interueniente honorauerit quempiam, aut officio donauerit, tametſi honoratus uiginti annis minor fuerit, citra dubitationẽ tamẽ illi [*inſignia*] inſternũtor. Reponatur igitur preſens hęc tabella inter chartas ſecretorum noſtrorum, ad oſtendendam [b] imperandi gubernandique Imperatoriæ meæ Maieſtatis rationem, [*&*] ut hoc modo deinceps in omne futurũ tẽpus efficaciam habeat. Debet autem in eius qui [c] citra [*cauſam*] mediam honoratur, tabula adijci: Inſternitor. [*Atque ita*] non impedietur per edictum de ijs qui minores uiginti annis honorantur, ab Imperatoria mea Maieſtate factum. Ac uerò eſto hoc ſignum eorum, qui (ut dictum eſt) citram cauſam mediam honorantur: tanquam Imperatoria mea Maieſtas hoc ſciuerit. Menſe Ianuario indictione quinta, per Imperatorem.

a ἀμέσως.
b Pro προτάσεως, lego προστάσεως.
c ἀμέσως.

DE CREATIONE [a] EPISCOPORVM, QVI EPISCOPIS *ſubſunt. &, quando & quomodo offerant, aut* [b] *communicent. &, quos ordinent, aut non.* Cap. XXIX.

COncilij Ancyrani canon 13. Concilij Neocæſarienſis canon 13. 14. Concilij Antiocheni canon 10. Baſilius ex epiſtola [c] ad epiſcopos ipſi ſubiectos.

a χωρεπισκόπων, qui uicarij epiſcoporũ nominari poſſint.
b μεταδιδόασι.
c χειροτονῶσι.

VT SEPTEM DVNTAXAT DIACONI SINT, *etiamſi ciuitas magna ſit.* Cap. XXX.

COncilij Neocæſarienſis canon 15. Concilij ſexti canon 12. 16. TEXTVS. Conſt. 1. tit. 1. Nouellarum dicit, quòd eorum numerum, qui in unaquaque eccleſia miniſtrãt, redituũ quantitas & inueterata conſuetudo definiat. Conſt. uerò 9. eiuſdem tit. iubet, ut in magna eccleſia Conſtantinopolitana ſint preſbyteri ſexaginta, diaconi centum, diaconiſſæ uiginti, ſubdiaconi nonaginta, lectores centum & decem, cantores uiginti quinque, oſtiarij centum. Eiuſdem aũt tit. conſt. 10. uult, ut in alijs eccleſijs ſeruetur ab initio definitum ſtatutum. Cæterùm per formam Dn. Heraclij conſtituti ſunt in eadẽ magna eccleſia presbyteri octoginta, diaconi quinquaginta, diaconiſſæ quadraginta, ſubdiaconi ſeptuaginta, lectores centum ſexaginta, cantores uiginti quinque, oſtiarij ſeptuagintaquinque. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 6. Hoc autem eius caput non eſt poſitum in Baſil. Eiuſdem uerò tit. conſt. 9. eſt Nouella Iuſtiniani 3. poſita [*quæ eſt*] in lib. Baſil. 3. tit. 2. cap. 1. themate penultimo, quod ſic habet: Quapropter ſancimus, ne quando in magna eccleſia ultra ſexaginta presbyteros, diaconos uerò mares cẽtum, fœminas quadraginta, & ſubdiaconos nonaginta, lectores autem ultra centum & decem, cantores ultra uiginti quinque exiſtant: ut uniuerſus reuerendiſs. clericorum maioris eccleſię numerus in quadringentis uigintiquinque perſonis, & centum præterea oſtiarijs (ut uocant) conſiſtat. Et conſt. 10. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 16. poſita [*quæ eſt*] in lib. Baſil. 3. tit. 3. cap. 1. quod etiam legas, ſi uiſum ſit. Quia enim omnino in uſu eſſe deſijt, hic non inſeritur. Neque uerò hæc lex ſola in uſu eſſe deſijt, uerumetiam Heraclij Nouella, cuius in præſenti capite mentio fit. Propter rerum namque inæqualitatem eccleſia ex conſuetudine numerum clericorum alium ſuſcepit. Nemo enim non nouit, quòd niſi miſericordia optimi atque ſancti Imperatoris noſtri, eiuſque patris [*ſimiliter*] ſancti noſtri Imperatoris, magnæ eccleſiæ ſuccurriſſet, clericorum numerus propter rerum anguſtias in exiguam omnino quantitatem, ut ubique [*locorum*], redactus fuiſſet. Quamobrem pro illis [*Deus*] precandus eſt, ueteribusque de clericorum numero legiſlationibus non auſcultandum. Sufficit enim, ſi longam conſuetudinem ſequamur, ac ſecundam illam faciamus.

QVINAM CLERICI, ECCLESIASTICIVE *ordines ſint.* *Caput* XXXI.

COncilij Laodiceni canon 24. TEXTVS. Conſt. 2. tit.1. Nouellarum, presbyteros, diaconos, lectores, cantores, clericos [*eſſe*] dicit. Quin exorciſtarum etiã & oſtiariorũ conſt.6.tit.3. lib.1.Cod.meminit. SCHOLIVM. Conſt.2.tit.1.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123.poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil.
a οἶτις. 3.tit 1.cap.42.quod tale quiddam, quale cap.31. [a] in textu dicit, non complectit. tradit autem hæc, in hęc uerba: Presbyteri autem & diaconi, necꝫ non ſubdiaconi, & lectores, ac cantores, quos omnes clericos appellamus, ut res quocunque modo ad ipſorum dominium deuolutas ſub poteſtate ſua habeant ad inſtar caſtrenſium peculiorum, præcipimus: ut & donare eas poſsint, & de his teſtari, tametſi ſub poteſtate parentum ſint. Ita tamen, ut horum filij, aut his non ſubſiſtentibus, parentes eorum legitimam portionem ferant. Ex præſente hac, eaćꝫ ſola lege conſtat, non liberari quẽquam à patria poteſtate, eo quòd in clerum aſciſcitur. Quod uerò [*dicitur*], clericum patriæ poteſtati obnoxium, pleno dominij atque uſusfructus iure ad inſtar caſtrenſium peculiorũ habere res quocunque modo ipſi acquiſitas: [*id*] ne intelligas de ijs, quæ ipſi ex legatis,
b ἀπεονί-ζιγα. hæreditatibus, uel donationibus obuenere, quæ peculia [b] profecticia uel aduenticia appellantur: ſed de ijs modò, quæ ipſi occaſione clericatus acceſſere. Ita enim illud, Quocunćꝫ modo, intelligẽdum eſt. Nam à præſente lege leges de peculijs non euertuntur. Quære uerò etiam 35. canonem Concilij Carthaginenſis, qui de rebus quæ clericatus occaſione ad clericos deuoluuntur, & quæ ab ipſis in teſtamentis relinqui debent, diuerſum quiddam ab hac præſente docet. Exiſtimo enim canonis [*præſcriptum*] prælatum iri, quãquam id non faciat
c ὑπεξουσιότη-τος. mala conſuetudo. Atque hæc quidem de bonis clericorum, atque [c] patria poteſtate in ipſos. Porrò patriarchæ Conſtantinopolitani, [*eius*] ćꝫ ſolius [d] magiſtra
d ἀρχοντίκια. tuum inſignia, patria poteſtate clericos liberant. Qua de re lege, quæ in cap.36. præſentis tit. à nobis ſcripta ſunt. Epiſcopatus uerò dignitas in ipſa confeſtim ordinatione à patria poteſtate liberat, quemadmodum hoc etiam in eodem capite latiùs demonſtrauimus. Conſt.6.tit 3.lib.1.Cod.poſita eſt in lib.Baſil. 3. ca. 5. Verùm exorciſtæ omiſsi ſunt in Repurgatione. Habet enim illud caput hũc in modum: Omnis clericus uſćꝫ ad oſtiarios à perſonalibus excuſator muneribus. Atque hęc quidem hoc modo. Interim etiã ſcias, quòd hodie eccleſia alios agnoſcat oſtiarios. Quapropter non ijs quæ de his ſcripta ſunt, ſed inueteratę conſuetudini eſt obtemperandum. Clerici autem etiamnum hodie illi uocantur, quos 42.cap.tit.1.lib.3.enumerauit, quod & ſuperius partim inſertum eſt. ALIVD SCHOLIVM. Patriarcha, qui Nomocanonum compoſuit, docturus quinam ſint clerici, [*lectorem*] mox remiſit ad canonem 24. Concilij Laodiceni, qui clericis etiam monachos connumerat. Ego uerò non recedo ab ijs quæ in canonem 14. Concilij ſeptimi ſcripſi, quę lege. Quin ſcriptis adijcio, quòd ſi concedatur per ſolam tonſionem monachos fieri lectores, citra diſtinctionem quicunćꝫ monachi tonſi, quę lectorum [*propria*] ſunt, facient: tametſi à monachis ſacerdotibus, qui [*monaſteriorum*] præſules non ſunt, neque ab epiſcopo [*tondendi*] facultatem acceperunt, tonſi ſint: quod abſurdum eſt. Imò uerò mulieribus monachis hoc ius propter tonſionem etiam indulgeri debebit: quod longè abſurdiſsimum eſt. Ne igitur auſcultes malę conſuetudini, ſed correctionem quæras.

NE ORDINETVR, CVIVS VXOR ADVLTERIVM *commiſit. &, Si clerici uxor adulterium commiſerit.* *Caput* XXXII.

COncilij Neocęſarienſis canon 8. TEXTVS. Etiam ciuilis lex, quicunćꝫ uxores ſuas adulteras non repudiant, punit. Conſt. autẽ 2. tit. 9. lib. 9. Cod.

lenonem

lenonem eſſe dicit eum, qui uxorem ſuam in adulterio deprehenſam, in matrimonio detinuerit: non autem, etiam qui adulteram ſolummodo ſuſpectam habuerit. Hodie uerò etiam poſt condemnationem poteſt maritus uxorem ſuam adulteram è monaſterio recipere: [idq;] ſecundum obſeruationem Nouellæ 134. De repudijs. SCHOLIVM. Tit. 9. lib. 9. Cod. poſitus eſt in lib. Baſil. 60. tit. 37. cap. 42. Hoc uerò caput omiſſum eſt. Nouella [autem] Iuſtiniani 134. poſita eſt in lib. Baſil. 28. tit. 7. cap. 1. themate 7. quod pro parte ita habet: Mulier uerò quæ adulterium commiſit, competentibus ſubdita pœnis, in monaſterium conijciatur. atque ſi maritus intra biennium eam recipere uoluerit, damus ei huius agendi licentiam, ut & in matrimonio eam habeat, neque ullum ex hoc reuereatur periculum: matrimonio quoque per ea quæ medio tempore facta ſunt non lædendo. Atque hæc quidem ciuilis lex. Intellige uerò hanc Nouellam de laicis. Eccleſiaſtica namque lex, ſiue canon 8. Concilij Neocæſarienſis, neque maritum mulieris adulteræ ad ſacerdotale miniſterium deuenire, neque ſacerdotem maritum mulieris quę poſt [ipſius] ordinationem adulterium commiſit, deinceps ſacerdotem eſſe ſinit: ſed hunc uxorem adulteram, ſi modò ſacerdotio fungi uelit, repudiare cogit.

NE CLERICVS IN [a] LIBERVM MINISTERIVM, SED *omnino in [certam] eccleſiam aut monaſterium ordinetur.*
Cap. XXXIII.

a ἀπολελυμένως, liberè, abſolutè.

C Oncilij Chalcedonenſis canon 6.

DE [b] CIRCVITORIBVS, ET VICORVM *eccleſijs.* Cap. XXXIIII.

b περιοδευτῶν. Sunt qui uiſitatores uocēt.

COncilij Laodiceni canon 57. TEXTVS. Conſt. 11. tit. 3. lib. 1. dicit, ex [ipſis] poſſeſsionibus & uicis, non autem aliunde, in eccleſias ipſorum ordinari [debere], ut propriam capitationem ac uectigal contribuant. Conſtit. uerò 16. eiuſdem tit. & 2. tit. 1. Nouellarum aiunt, cenſibus annotatos, etiam inuitis [agri] dominis, in ijs uicis in quibus manſitant, ordinari: [ita tamen,] ut capitationem contribuere, & per ſubſtitutos ruralia obſequia exequi, per dominos compellantur. SCHOLIVM. Conſtit. 11. tit. 3. lib. 1. Cod. poſita eſt in lib. Baſil. 3. tit. 3. cap. 6. quod ſic habet: Ex eodem uico, in quo eſt eccleſia, ſecundum proportionem loci, iudicio epiſcopi clerici ordinantor: ac propriam capitationem agnoſcunto. Conſtit. 16. eiuſdem tit. & lib. in Baſil. non eſt poſita. Conſtit. autem 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſitaq; eſt in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 38. quod ſic habet: Aſſcripticios uerò in his ſolis poſſeſsionib. quarum aſſcripticij ſunt, clericos citra uoluntatem dominorum fieri concedimus: ea tamen conditione, ut clerici facti nihilominus impoſitam ſibi agricolationem adimpleant. Scias autem, quòd hæc Nouella, quæ de aſſcripticijs [tractat], aliter habuit, priuſquam componeretur [c] corpus Nouellarum, & aliter [d] in corpore ſcripta, & in Baſil. tranſpoſita eſt. Antea enim & capitationis (quod etiam capita Latinis dicitur) mentio facta, & aſſcripticios per ſubſtitutos ruralia officia exequi [debere] ſtatutum fuerat. [e] In corpore uerò [Nouellarum] alterum ipſorum (de capitatione nempe) non eſt poſitum. Quapropter etiam quantum ad capitationem ſiue [f] canonarium [tributum] attinet, ad legem ſuperiùs inſertam, atque in lib. 3. tit. 3. cap. 6. poſitam: quantum uerò ad aſſcripticios, ad canonem 57. Laodiceni Concilij, & Nouellam Iuſtiniani 123. ſiue caput 38. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod itidem ſuperiùs inſertum eſt, te referre debes. De canonario autem [tributo], & conſuetudinibus quæ pro ordinatione dantur, hucuſque [in republica] uim habet [g] aurea bulla celebris iſtius Imperatoris Dn.

c τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν.
d εἰς τὸ πλάτος.
e εἰς ἣ τὸ πλάτος.
f τοῦ κανονικοῦ.
g χρυσόβουλλον.

Iſaacij Comneni, quæ partim ita habet: Statuit uerò Imperatoria mea Maieſtas, ut etiam in ordinatione ſacerdotũ & canonarijs [*tributis*] uetus forma authoritatem obtineat: & nihil in ordinatione epiſcopus qui ordinat, amplius accipiat, quàm præęſtimatę [a] monetę Imperatoriæ meę Maieſtatis ſeptẽ aureos numos duntaxat: unum uidelicet, quando ordinandum facit [b] ſimplicem papã ſiue lectorem: tres, quando ordinat diaconum: alteros tres, quando ſacerdotẽ ſiue presbyterum perficit. ſic ſimiliter pro canonario [*tributo*] à uico triginta infumibula habente, ſimilem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, ordei modios ſex. uini menſuras ſex, farinæ modios ſex, gallinas triginta: à uico uerò qui uiginti infumibula habet aurei beſſem, pro duobus argenteis argenteum [*unum*], agnum dimidiatum, ordei modios quatuor, uini menſuras quatuor, farinæ modios quatuor, & gallinas uiginti: à uico denique qui decem infumibula habet, argenteos quinque, agnellum unum, ordei modios duos, uini menſuras duas. farinæ modios duos, & gallinas decem: quemadmodum [*hæc*] in ueterum [c] actuariorum [d] ſigilla etiam perſcripta ſunt. Atque [*hæc quidem dandarum*] [e] ſpecierum conueniens ordinatio Imperatoriæ meæ Maieſtati placuit. Cum hac uerò aurea formali bulla confectus eſt etiam 15. menſis Ianuarij indictionis 10. à ſanctiſs. illo patriarcha Dn. Nicolao ſynodalis commentarius, qui iubet, ut ſecundum hanc auream bullam canonaria [*tributa*], ac pro ordinatione [*dari ſolita*,] dentur.

a χαραγῆς. b λιτόν. c πρακτικῶν. d σιγιλλίοις. e κατάθεσις τῶν ὅλων διαματικῶν.

VT PTOCHIORVM, MONASTERIORVM, ET *martyriorum clerici ſub epiſcopo ciuitatis ſint.*

Caput XXXV.

COncilij Chalcedonenſis cap. 8.

DE SERVIS, QVI CLERICI FIVNT.

Cap. XXXVI.

APoſtolorum canon 82. TEXTVS. Conſt. 36. tit. 3. lib. 1. Cod. ait, ſeruum ne uolente quidem domino clericum fieri, niſi priùs manumittatur. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum ait, ſi ſciente neque contradicente domino clericus factus fuerit, [*eum*] liberum eſſe, ac fieri ingenuum. Si uerò [*dominus*,] quum ignoraſſet, intra annum [*illi ſuam*] fortunam oſtendat, [*eum illum poſſe*] recipere. [*Deniq;*] liberum factum, ſi mundanus fiat, domino ſuo in ſeruitutem tradi. Eadem conſt. dicit, epiſcopatum à ſeruili atque aſſcripticiorum conditione, & à patria poteſtate liberare. Quod ipſum ſanè etiam Nouella 81. quæ tradit, per quas dignitates curiæ [*nexu*] patriaq́ poteſtate quis liberetur. SCHOLIVM. Tit. 3. lib. 1. Cod. poſitus eſt in lib. 3. Baſil. cap. 2. ueruntamen hoc cap. in Repurgatione omiſſum, & non poſitum eſt. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſitaq́ eſt in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 37. quod ſic habet, uti in compendio propoſitum eſt. Quód uerò aſſcripticij liberentur, pars eſt eiuſdem Nouellæ 123 poſitumq́ eſt in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 11. quod ſic habet: Poſt ordinationem uerò ſeruili aſſcripticiorum fortuna epiſcopos liberos eſſe iubemus: niſi cohortalis præter prædictam obſeruationem ordinatus ſit. Eiuſmodi enim remotos ab epiſcopatu cohorti ſuæ reſtitui iubemus, ne qua ex tali fortuna ſacerdotio oboriatur cõtumelia. Ceterùm Iuſtiniani 81 Nouella poſita eſt in lib 31. Baſil. tit. 5. ca. 1. quod ſic in initio habet: Sancimus, ut ordinarij conſules. Ac deinceps iubet eadẽ Nouella, ut quicunq́ magiſtratus dignitates & officia habet, ſui iuris ſit, tametſi à patre emãcipatus nõ fuerit. Atqui 9. 10. 11. Imperatoris Dn. Leonis philoſophi Nouel. iubẽt, ut qui ſeruus ignorãte domino aut clericus, aut monachus, aut epiſcopus factus fuerit, is priſtino domino reſtituat̃. Tu igitur ubi ex 11. cap tit. 1. lib 3 Baſil. didiciſti, ſeruili aſſcripticiorũ fortunę obnoxios, poſteaq́ epiſcopali dignitate fuerint honorati, liberos eſſe: ne aduerſeris 37. cap. eiuſdẽ

tit, &

tit. & lib. quod non aliter ſeruum, tametſi clericus factus ſit, liberum fieri dicit, quàm ſi domini cognitio [*ad eam rem*] acceſſerit: ſed ſecũdum hoc, illud etiam caput intelligas. Siquidem qui ſeruum, licet præter uoluntatem domini epiſcopum factum, & liberum eſſe dicunt: non rectè dicunt. Hoc namque caput ex poſteriore capite interpretationem accipit. Etenim [*quanquam*] ambo eiuſdẽ Nouellæ ſint: omnino [*tamen*] à poſteriore, nempe 37. capite, prius, nempe 11. caput interpretationem accipiet. Nouellæ porrò Imperatoris Dn. Leonis Sapientis, quas [*tu*] diligenter lege, ſeruum clericum, monachum, aut epiſcopum factum, ſi ignorante domino, aliquo horum dignus habitus eſt, in priſtinã ſeruilem reſtituunt conditionem. Verùm enimuero poſtquam Nouellam 10. eiuſdem Imperatoris Dn. Leonis Sapientis inueni (quæ olim dominum ad tres uſque annos fugitiuum ſeruum monachum factum reuocare potuiſſe: hoc autem tempore exacto, excluſum fuiſſe dicit: atque, ut ſeruus tali conſilio monachus factus, quocunque tandem tempore inueniatur, in priſtini domini poteſtatem ſubigatur: neque quòd ſeruus lateat, ex triennij decurſu dominus lædatur, ſtatuit) ſumma diligentia legem de triennio docentem quæſiui, ſed [a] non inueni: extra quam id ſolùm, quod ſuperius inſertum, dominum intra annum ſeruum ſuum citra uoluntatem ſuam clericum factum inueſtigare poſſe, dicit. Quocirca etiam ſequi cogor, quæ à Sapiente ſunt conſtituta. Exiſtimo uerò, quòd ſi quis Nouellam illam extenuare uelit, [b] [*non*] magnam omnino ambiguitatem inuenturus ſit. Etenim ſi, ut hæc dicit, dominus fugitiuum ſeruũ monachum factum, donec [*is*] compareat, inueſtigat: omnino ex contraria oppoſitione ſeruum monachum non in fuga exiſtentem, ſed manifeſtum, intra triennium tantummodo dominus reuocabit: atque ſi ita non fecerit, ab hoc excludetur: id quod dicta Iuſtiniani Nouella intra annum fieri [*debere*] ſtatuit. Si hęc ita dixèris atque interpreteris, conciliabuntur Imperatorum Nouellæ, pręterquam in ſolo tempore, quod conſolandi domini cauſa in triennium protenditur. Ex Iuſtiniani Nouella 123. [*quæ*] (ut dictum eſt) poſita [*eſt*] in lib. 3. Baſil. tit. 1. ac ſtatuit, ut poſt ordinationem à ſeruili aſſcripticiorum fortuna epiſcopi liberi ſint: itemq́ ex Nouella 81. [*quæ*] poſita [*eſt*] in lib. Baſil. 31. tit. 5. cap. 1. quæq́ iubet, ut quicunque ab Imperatoribus, dignitatibus officijs'ue [c] præfectorijs honorati fuerint, patria poteſtate etiam citra patris uoluntatem liberentur: [*hinc inquam,*] dixerunt nonnulli, eccleſiaſticos etiam magiſtratus, ſimulatque [*dignitate*] inſigniti fuerint, [d] illuſtres & eſſe & uocari, ac ſui iuris fieri: utentes etiam nouello oraculo percelebris Imperatoris & Apoſtolorũ ſimilis, Sancti Conſtantini, ad ſanctum Sylueſtrum, qui tunc Romanus papa erat, miſſo, quod à nobis [e] in Scholio cap. 1. tit. 8. præſentis operis inſerta eſt, quæ ſtatuit, ut Papa Romanus facultatem habeat honorandi dignitatibus clericos qui ſub ipſo ſunt, qualibus Imperator ſub ſe conſtitutos honorat: &, ut ſancta ſynodus eſſet, qualis Imperatorius ſenatus: itidemq́ legibus ſimiliter à nobis inſertis, quæ ſtatuunt, ut eccleſia Conſtantinopolitana ueteris Romæ priuilegia habeat. Alij uerò [*contrà*], ſine Nouellæ 81. uſi, quæ poſita eſt in 5. tit. 31. lib. atque hęc ad uerbum dicit: Palàm uerò eſt, neminem exiſtere qui ignoret, pręomnibus utique religioſiſs. etiam epiſcopis unà cum ordinatione ſuæ poteſtatis ius accedere. Nam qui omnium ſpiritales patres ſunt, quomodo aliorum adhuc poteſtati ſubditi ſint? aſſerere conati ſunt, ex ſola epiſcopali dignitate epiſcopos à patria poteſtate liberos eſſe: non uerò etiam eccleſiaſticos magiſtratus ex patriarchico ſigillo ſui iuris fieri. Nam profectò, inquiunt, hoc etiam Nouellæ additum eſſet. Verùm mihi uidetur hos non rectè dicere. Non enim nouellum ſancti Conſtantini oraculum, quod perinde atque Imperatoriam Maieſtatem, Romanam eccleſiam in dignitatibus glorioſam eſſe ſtatuit, à Iuſtiniani Nouella abrogatũ ęſt. Quum uerò epiſcopalis dignitas non modò à patriar-

[a] *Eſt tamen in Nouel. Iuſtinian. 5. Si quis uerò.*

[b] *Negatiuam particulam omiſſam eſſe, nemini dubium eſſe poterit.*

[c] ἀρχοντικοῖς

[d] ἀξιωματικῶν

[e] ἐξουσίᾳ

chis, uerumetiam à metropolitanis conferatur: atque hinc [tum] nonnulli ambigerent, num omnes epiſcopi ſui iuris fierent: Iuſtiniani Nouella omnes epiſcopos, etiamſi à patriarchis non ordinentur, ſui iuris fieri ſtatuit. Vnde indubitanter dico, [a] illuſtres eſſe magnæ eccleſiæ magiſtratus, & debere ipſos honorari, tanquam ſacroſancti ſenatus [b] patres conſcriptos: [idq;] ſecundum oraculum diui Conſtantini, & reliqua iura ſuperiùs commemorata. Atque hoc [quidem] peculiare priuilegium eſt, [ſolisq;] magiſtratibus ſolij Conſtantinopolitanæ eccleſiæ per diui Conſtantini ſanctionem [datum eſt]. Nam aliorũ patriarcharum, inſuper & metropolitanorum & epiſcoporũ magiſtratus ijſdem priuilegijs digni non habebuntur. ALIVD SCHOLIVM. Ex Nouellis præſenti huic 36. cap. inſertis collige, & dic, ſeruos præter uoluntatem domini clericos aut etiam epiſcopos factos, ad priſtinum dominum quamuis inuitos reuerti, nihilq; ex ordinatione utilitatis capere. Dic ſimiliter, dominum hos non indiſtincte reuocare poſſe: ſed intra triennium, poſteaquam rem cognouerit, ſupputandum. Inſuper dic, [quanquam] lex tradat, interrogatum non contradicentem, ſed tacentem in re ipſi lucroſa pro conſentiente, in damnoſa uerò pro negante haberi: in præſenti [tamen] ſpecie, ſcientem ordinationem ſerui ſui, & nõ contradicentem, tametſi damno afficiatur, pro conſentiente reputari. Atq; eſt hoc [quidem] ſpeciale propter libertatem. Denique dic, per ſolam ordinationẽ in epiſcopum patriæ poteſtati ſubditos ab ea liberari: non autem [per ordinationem] in qualiſcunque gradus clericum. [c] Inſignia uerò magiſtratuum patriarchæ Conſtantinopolitani, eiuſq; ſolius patriæ poteſtati obnoxios emancipãt. Quòd uerò domino reuocatio ordinati ſerui in triennium protenditur, [id] ex Nouella Imperatoris Dn. Leonis Sapientis [deſumptum] eſt: & quanquam libertati graue ſit, [eiq; impedimentum adferat,] propter ius [tamen & æquitatem] uigorem habet.

a ἀξιωματικοί. b λογάδας. c ἀρχοντικά.

DE DIACONISSIS: ET, QVO'D MVLIER PRESbytera non fiat. Caput XXXVII.

CONcilij Nicæni canon 19. Concilij Laodiceni canon 11. Concilij Chalcedonenſis canon 15. Concilij ſexti canon 14.

DE PECCATIS, QVAE PER ORDINATIOnem remittuntur. Caput XXXVIII.

COncilij Neocæſarienſis canon 9.

TITVLVS SECVNDVS.

De extruendis eccleſiis. De ſacris uaſis, atque donarijs. &, de clericis citra uoluntatem epiſcoporum altaria erigentibus.

DE EXTRVENDIS ECCLESIIS, ET DEDICATIOne martyriorum nullas ſanctorum reliquias habentium. Caput primum.

CONCILII Carthaginenſis canon 6. 83. Concilij Nicæni ſecundi canon 7. 17. TEXTVS. In cap. 14. tit. 3. præſentis operis tranſcripſi, quomodo fiat eccleſia. Dicit uerò etiam conſt. 15. tit. 2. lib. 1. Cod. quòd ſi quis rem mobilem, immobilem, aut ſeipſam mouentem, perſonæ [cuiuſpiam] martyris, aut prophetæ, aut angeli, tanquam ipſi oratorium extructurus donauerit, donationemq; ubi oportet, [a] in acta retulerit:

a ἐμφανίζει.

tulerit:cogatur opus, quanquam cœptum non ſit,cum hæredibus adimplere,
[eo] ꝗ adimpleto donationem conferre.Idemq́ de xenodochio, noſocomio,
atque ptochio [*dicit.Tum etiam*] epiſcopis & œconomis, ut hos urgeāt, faculta-
tem eſſe. Poſtremò hæc completa,prout donatoribus uiſum eſt, ac ſecundum
iniunctas præceptiones adminiſtrari. Ac conſt.45.tit.3.eiuſdē 1.li.dicit,quòd
ſi quis aut per inſtitutionem,aut legatum,fideicommiſſum'ue,aut mortis cauſa
donationem,piam diſpoſitionem fecerit:cogatur per epiſcopū[a] mandatarius, a ὁ κελευσθείς.
etiamſi epiſcopo à teſtatore prohibitum ſit, ne curet, ut ſi eccleſiam facere ipſi
iniunctum fuerit,intra triennium illam abſoluat:ſi uerò xenonem, intra annū.
Etenim dum opus conſummetur,recipiendis ægrotis [*aliam*] domum conduci
poſſe.Deinde eo tempore elapſo,epiſcopum relicta [*pariter*] cum fructibus at-
que acceſſionibus à tempore mortis teſtatoris exigere : ac eccleſias, xenones,
gerontocomia,orphanotrophia, noſocomia, aut ptochia ædificare: [*tum*] etiā
adminiſtratores ipſis præficere,niſi teſtator,quis adminiſtrare debeat,expreſſè
dixerit:& tametſi [*adminiſtratorem teſtator*] nominarit, poteſtatem [*tamen*] habe-
re epiſcopum,ut ſi malè ille adminiſtret, [*ipſum*] remoueat,& alium faciat:ſi ue-
rò qui iuſſus eſt, ab epiſcopo interpellatus magiſtratuum [*etiam*] admonitio-
nem expectet, [*ipſum*] quod relictum eſt,duplicatum dare: ſi epiſcopus negli-
gentius agat, metropolitanum, aut[b] tractus iſtius archiepiſcopum, ut quod b διοικήσεως.
præceptum eſt adimpleatur, cogere, & quemcunque ciuium [*poſſe quæſtionem*]
mouere:ſi poſt mortem ſuam hæredes aliquid dare aut facere iuſſi fuerint,præ
dictum tempus poſt illorum deceſſum computari: [*deniq;,*] ut hæc implean-
tur, [*ipſos*] magiſtratus cogere [*debere.*] SCHOLIVM. Conſt.15.tit.2.lib.1.
Cod.poſita eſt in lib.5.Baſil.tit.1.cap.7.ad eum modū habens,ut[c] in textu com c οὕτως συνοψίδην.
pendioſè propoſita eſt.Legas uerò 9.cap.tit.3.lib.5.Baſil. quod pars eſt Nouel
læ Iuſtiniani 131.eademq́ ferè ſtatuit,ac[d] proximè ſequēti Scholio inſertum eſt. d εἰς τὸ ἐπιὸν παρεμβαλόν.
Conſt.45.tit.3.lib.1.Cod.in Baſil.non eſt poſita,neque uerò tu illi inhæreas.
Menſe autem Martio Indict.14.facta eſt [*quædam*] Nouella ſancti noſtri Impe-
ratoris Dn. Manuelis Comneni, quæ partim hæc ſtatuit: Cum his hoc etiam,
ijs quæ antè ſcripta ſunt, ſanciendo coniungimus. Multi homines in extremis
ſuis diſpoſitionibus procuratores ſiue[e] executores eorum quæ præſcripſerūt, e διοικητάς.
relinquunt,ijsq́ CHRISTO,dulci iſto ac[f] mundo ſalutari nomine,hærede ſcri f κοσμοσωτήριον.
pto,rerum ſuarum diſpenſationem atque adminiſtrationem iniungunt. Hoc
autem uidentur facere, quum pauperibus ſubſtantias ſuas diuidi præcipiunt.
Quum enim mendicans accipit,aſtat CHRISTVS,ac unà cum illo [*dantis*] ma
num uacuat.Quatenus namque inquit [*ipſe*], uni ex minimis hiſce fratribus fe
ciſtis,mihi feciſtis.Iubemus igitur,ut quando huiuſmodi procuratoriæ diſpen
ſationes,& in pias cauſas diſtributiones,quæ ad[g] animæ rectum ductū,ac pu- g ψυχικὰς οἰκονομίας.
pillorum,ſenum atque pauperum educationem & exhibitionem tendūt,pro-
ponuntur:in his iudiciorum protelationes,atque qui hinc exiſtunt[h] inanes tē- h χρονοτριβείας.
porum decurſus,locum non habeant. Contingit hinc enim,ut defunctorum
animæ damnum ſubeant, & communis omnium boni utilitatisq́ cauſa latæ le
ges commutentur in contrarium. Tum neque iuſtum [*eſſe*] Imperatoria mea
Maieſtas iudicat,ut qui ordo in reliquis iudicijs obtinet, [*is*] etiam in iſtiuſmo
di uſurpari [*debeat:*] ſed ut talium ſpecierum ambiguitates confeſtim ſoluātur:
[*ita ut*] neque libellus detur,& cognitio in tres aut [*ſummum*] quatuor dies dif-
feratur:nulla iudiciaria dilatione introducenda, quid cuiq; iure competat, diſ-
quiratur:citra omnem dilationem utraque pars accerſatur, atque ut quid iuris
ſe habere putet,proponat,exigatur : tumq́ demum per breue tempus in men-
ſem fortè [*unum*] aut etiam alterum extendendum, res in controuerſiam dedu
cta,prout iudici uiſum fuerit, conuenienter dirimatur: [*ut tamen*] in ſua [*quaſi*]
ſede ac ſoliditate firmiter maneant [*eæ*] leges,quę non mox à defuncti morte,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſed poſt aliquot dierum decurſum ſucceſſores ipſius in iudicium trahi ſtatuit: quemadmodũ quę huc pertinent ſuſius in Baſilicis tractata ſunt. Si uerò procurator ad dilationem uergere uideatur, eaq́ dolo euertere deprehendatur, nec quemadmodum teſtator præcepit, procraſtinationes nectendo faciat: à rerum defuncti procuratione ac diſpenſatione remoueatur, eaq́ quibus Imperator ſtatuerit, iniungatur: aut ſi is fortè peregrè ſit, præfectus urbis unà cum ſanctiſs. eccleſiæ œconomo res illas procuret ac diſpenſet: qui de his quæ in huiuſmodi ſpeciebus adminiſtrarunt, Imperatori, aut ſi fortaſsis hic peregrè erit, ſanctiſs. patriarchæ reddere rationem debebunt. Non tamen prout Imperator iuſſerit, defuncti uoluntas adimplebitur. TEXTVS. Conſt.3.tit.2. Nouellarum ait, [*aliquid facere aut dare*] iuſſum, ſi ab epiſcopo & œconomo per publicas perſonas bis admonitus adhuc differt, ab omni lucro excidere, & epiſcopum omnem ſubſtantiam cum medij temporis acceſsionibus, non retenta [*ab illo*] Falcidia, in quę conſtitutum eſt inſumere & ſi uniuerſaliter quippiam legetur, idem eſſe. Eadem conſt.3.tit.2. Nouellarum ait, intra ſex menſes poſt apertura̅ teſtamenti [*relictis non datis*], propter dilationem fructus, uſuras atque acceſsiones à morte eius qui reliquit, exigi. Eadem conſt.3.tit.2. Nouellarum ait, intra quinquennium eccleſiam debere perfici: alias uerò uenerabiles domus intra annum. Si uerò intra annum hæredes [*eas*] non fecerint, [*ipſos*] cogi domum [*aliquam aut*] emere aut conducere, ubi iuſſa queant exequi. Procurationem autem perinde atque præmiſſa 45. conſt. inſtituit. SCHOLIVM. Conſt.3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [*& eſt*] poſita in lib.5. tit.3. Quæ uerò in compendio propoſita ſunt. eiuſdem tit. ſunt ca.9. quod ſic habet: Item ſi pro redemptione captiuorum aliquid relictum ſit, neque teſtator nominatim dixerit, per quem redemptionem fieri oporteat: itidem iubemus, ut res in hoc relictas, locorum epiſcopus & huius œconomus capiat, & huiuſmodi pium opus impleat. In omnibus enim iſtis pijs uoluntatibus uolumus etiam ipſos religioſiſs. locorum epiſcopos prouidentiam accommodare, ut omnia ſecundu̅ teſtatoris uoluntatem procedant: etſi maximè à teſtatoribus aut donatoribus interdictum ipſis ſit, ne quid in ijs habeant commercij. Certè ſi illi qui hęc exequi iuſsi ſunt, ſemel atque iterum à beatiſs. locorum epiſcopo, & eius œconomis per publicas perſonas admoniti: ea quę diſpoſita ſunt. implere diſtulerint: iubemus ut ij omne lucrum, quod ab eo qui iſta iuſsit relictum eſt, amittant: religioſiſs. uerò locorum epiſcopi omnes res, quæ quibuſcunque (ut dictum eſt) pijs cauſis deputatæ ſunt, cum fructibus & medij temporis acceſsionibus, atque item memorato [a] temporali lucro uindicent: & quæ teſtator diſpoſuit, adimpleant. ſcituri, quòd ſi & ipſi negligentius egerint, pro omnibus his rationem Deo reddituri ſint. Sanè ſi religioſiſs. locorum epiſcopus aliquid eorum quæ à nobis dicta ſunt, prætermiſerit: licitum eſto religioſiſs. eius metropolitano, hęc exigere atque implere. ſed & cuiuis alij licentia erit, ea de re quæſtione̅ mouere, dareq́ operam ut omnibus modis id genus piæ cauſæ exequantur. Si uerò hæres ea quæ in pias cauſas relicta ſunt. non impleat, dicens non ſufficere ad has relictum ſibi patrimonium: iubemus, ut omni lucro quod ex Falcidia prouenit, uacante, quicquid in eiuſcemodi facultatibus inuentum fuerit, prouide̅tia ſanctiſs. locorum epiſcopi totum in cauſas in quas relictum eſt, procedat. Quòd ſi legatum ab aliquo ad pias cauſas relictum fuerit: iubemus, ut intra ſex menſes ab inſinuatione teſtamenti numerandos, omnibus hoc modis præſtetur his, quibus relictum eſt. Sin autem, qui hoc grauati ſunt, huiuſmodi legatum pręſtare diſtulerint: & fructus, & uſurę, & omnis legitima acceſsio, ab ipſis iam inde à tempore mortis eius qui reliquit, exige̅tur. Si legatum annuu̅ cuicunque uenerabili domui relictum fuerit, ſiquidem hi, qui hoc dare iuſsi ſunt, aut locus ex quo id præſtari iuſſum eſt, in eadem aut uicina prouincia eſt:

a χρόνια, quam uocè nulla Nouell. editio habet, neq; quid hic faciat uideo.

iube-

iubemus, neque modo tale legatum alienetur. Sin loca, aut perſonæ, ex quibus, aut à quibus hoc dari iuſſum eſt, in remotioribus ſint partibus: tunc integrum illis eſto, quibus id relictum eſt, ut ſi obligata etiam pars conſentit, legatum permutent, & uicinum aliquem pro hoc reditum capiant uberem. & cum acceſsione, quæ non minus quarta relictæ quantitatis parte continet, & neque multis publicis præſtationibus onuſtum. Sed & ſi uendere tale legatum uoluerint, non minus precij nomine capiant, quàm ex tali legato per triginta quinque annos colligatur: ita tamen, ut eiuſmodi precium ad utilitatem prædictæ uenerabilis domus procedat, cui relictum eſt. [*Similiter*] etiam cap. 7. eiuſdem lib. & tit. quod ſic habet: Si quis oratorium templum, aut xenonem, aut ptochiũ, aut orphanotrophium, aut noſocomium, aut aliam uenerabilem domum extrui in ultima uoluntate diſpoſuerit: iubemus, ut oratorium intra quinque annos perficiatur, prouidentia locorum epiſcopi & ciuilis magiſtratus: xenon uerò, aut ptochium, aut alia uenerabilis domus intra unum annum extruatur. Si intra annum hæredes xenonem, aut quamcunque uenerabilem domum, quam teſtator extrui diſpoſuit, non fecerint: iubemus, ut domum ij uel emant, uel conducant, ubi iuſſa queant exequi, tantiſper dum eiuſmodi uenerabilis domus abſoluatur. Ac ſi quidem ipſe teſtator finierit, qui nam xenodochi, aut ptochotrophi, aut id genus alij diſpenſatores fieri debeant, aut hæredibus ſuis huius rei optionem præbuerit: iubemus, ut omnibus modis hæredes ipſius his quæ ab ipſo diſpoſita ſunt, ſatisfaciant: beatiſs. locorum epiſcopis inſpecturis, an diſpenſatio pulchrè procedat: & ſi deprehenderint eos qui diſpenſationem habent, nequam homines & nullius bonæ rei eſſe, licentiam habituris, ut ſine dãno alios in illorum locum magis idoneos ſufficiant. Nota ex Nouellis hîc inſertis, ualere [a] formas à poſſeſſoribus de [*extruendis*] monaſterijs factas, extra- a τυπικά,
quàm ſi canonibus aduerſentur. &, loci epiſcopum eiuſque œconomos cogere inuitos non ſolùm ſucceſſores eorum, qui res aliquas in pias cauſas donarunt, uerumetiam ipſos donatores, ut dent quæ donata ſunt, tametſi hoc ipſis à teſtatore conceſſum non ſit: imò tametſi uetitum ſit. &, quæ in pias cauſas relinquũtur, Falcidiã nõ admittere. &, licere epiſcopis remouere ab adminiſtratione uenerabilium domuũ relictos à poſſeſſoribus diſpenſatores, ſi nequã [*eos*] eſſe conſtet, & alios ſufficere. His uerò notatis dic, non ſubſiſtere, quod à poſſeſſoribus in [b] formis ſcribitur, ne omnino locorum epiſcopi ſe immiſceant ne b τυπικοῖς.
gocijs monaſteriorum à ſe extructorum. item, pontificum commentarios complectentes, ne qui ipſis ſuccedent epiſcopi monaſteriorũ negocijs ſe immiſceant: propterque id ex tranſgreſsione incuſſas excommunicationes, tanquam ratione deſtituta conuerti in capita eorum qui excommunicarunt. TEXTVS. Lib. uerò 1. Dig. tit. 8. digeſtum 1. dicit, res ſacras diuini iuris, ac in nullius bonis eſſe. Res autem ſacra eſt, quæ publicè conſecrata eſt. Nam quæ hominum priuatorum ſunt, non ſacra ſunt, ſed prophana. Si uerò ædificium [*ſacrum*] collapſum fuerit, locus ſacer manet, ut digeſto 6. Conſecrantur uerò [*loca*] & in ciuitatibus & in agris. Locus publicus citra iuſſum Principis non fit ſacer, ut digeſto [c] 8. & 9. Res ſacra non recipit æſtimationem, ut digeſto [d] 10. Et [*lib.*] In- c In lib. noſtris
ſtit. 2. tit. 1. Sacræ (inquit) res ſunt, quæ ritè per pontifices Deo cõſecratæ ſunt: ſolummodo 9.
ueluti ædes ſacræ, & uaſa. Et ædibus ſacris dirutis, manet locus ſacer. Non eſt d In lib. noſtris
autem ſacrum, quod quiſpiam ſua authoritate quaſi ſacrum conſtituerit. Et tit. 9.
6. neminem poſſeſsionis ſuffragio res ſacras uſucapere. Nemo utiliter res ſacras ſtipulatur, ut Inſtit. 3. tit. [e] 19. Et tit. [f] 23. Nemo ſciens [*rectè*] emit rem ſacrã. e In lib. noſtris
Si uerò deceptus emit quaſi priuatam, agit ad id quod intereſt. Et Inſt. 4. tit. 15. 20.
In [*loco*] ſacro ędificare ꝓhibemur. Lib. [*Dig.*] 1. tit. 16. dig. 7. Magiſtratus ædes f In noſtris 24.
ſacras inſpiciunt, ac ornandas curãt. Lib. 2. tit. 14. dig. 60. Non rectè quis paciſci tur, ne locum ſuum dedicet. Lib. 6. tit. 1. dig. 23. [*loca*] ſacra, quaſi noſtra, in rem actione petere non poſſumus, Lib. 8, tit. 1, dig. 14. Sacro loco interueniente, iter

per ipſum in priuatum [*locum*] impeditur. Seruitus enim per iſtiuſmodi locum
non conſiſtit. Lib.11.tit.7.dig.36. Loca ſacra ab hoſtibus capta deſinunt eſſe ſa-
cra: ſicut [*homo*] liber in ſeruitutem pertractus. Ab [*hac*] uerò calamitate libe-
rata, priſtinum ſtatum recipiunt. Lib.17.tit.2.dig.63. Si res communis conſecra-
a In noſtris, 4. ta fuerit, in illa ſocietas ſoluitur. Lib.18.tit.1.dig. [a] 5.6.62. Sacræ rei emptio conſi
ſtit, ſi illam ſacram eſſe emptor ignoret: habetq́ aduerſus uẽditorem [*actionem*],
quanti eius interfuit, ne [*ea res*] uindicaretur. Si uerò ſciat emptor, non conſi-
ſtit uenditio. Et dig.73. eiuſdem tit. Aede ſacra diruta, locus non fit ſacer: unde
neque uęnire poteſt. SCHOLIVM. Scias uerò, quòd [*res*] ſanctæ nõ con
ſecratæ uęneant, donentur, & uſucapiãtur, ſiue per [*longum*] tempus dominio
ſubijciantur: ſacræ autem nullo modo in [*cuiuſquam*] dominium concedant. &,
quòd qui rem ſacram furatur, tanquam ſacrilegus puniatur: qui uerò ſanctam
priuati hominis imaginem, tanquam fur teneatur. Sed ſunt etiam aliæ multæ
harum rerum differentiæ. Quòd ſi quis interroget, quomodo uęneant mona-
b σκευοφυλά- ſteria & [b] ſacrorum uaſorum capſæ: audiat, nihil iſtiuſmodi neque emi neque
κια. uendi: quanquam ius, quod cuipiam in his competit, & uendatur & ematur.
Qui enim ſciens locum aut uas ſacrum emerit, perdit preciũ, & punitur. Inter-
dum tamen propter iuſtas aliquas cauſas res ſacræ etiam uæneunt. Quorſum,
quæras 1. & 2. tit. 5. lib. Docent enim de eccleſijs, monaſterijs, & uenerabilibus
domibus: [*tum*] etiam de rebus & iure ipſarum: ac [*poſtremò*] de alienatione, &
emphyteuſi rerum eccleſiaſticarum. SCHOLIVM. Digeſtum 1. tit. 8. lib. 1.
Dig. eſt lib. 46. Baſil. tit. 3. cap. 1. quod ſic habet, ut ſcriptum eſt. Digeſtum 6. eſt
cap. 8. eiuſdem lib. & tit. quod dig per omnia ſimile eſt. Similiter & [*dig.*] 8.9. &
10. Quæ uerò ex tit. 1. & 6. ſecundi [*lib.*] Inſtit. [*deſumpta ſunt*] ſic habent, ut in In-
ſtit. ſcriptum eſt. Da igitur operam, ut perfectiùs ex his ea quæ inde in pręſens
opus trãſcripta ſunt, diſcas. [*Quòd*] uerò [*res*] ſacra, quæ ab aliquo citra ſacer-
dotum ſuffragiũ [*ſacra*] facta eſt, ſacra non eſt: intelligitur (uti arbitror) quan-
tum ad [*id attinet, ut*] epiſcopalis reputetur, ac catholicæ eccleſiæ priuilegium
c πολιτεύεσθαι, habeat, neque priuata cenſeatur. Quandoquidem quò ne ad [c] uulgares uſus re
uocetur, licet ſacra non nominetur, attamen ſancta eſt. Ac [*ſanè*] quod non in-
teruenientibus ſacerdotis precibus ædificatum eſt, ſi collabatur, tanquam ſan-
d κοινωθή- ctum, non iterum [d] ad uulgares uſus deducetur. Digeſtum 7. tit. 16. lib. 1. Dig. eſt
σεται. lib. Baſil. 6. tit. 2. cap. 9. quod habet, ut ſcriptum eſt. Digeſtum 60. tit. 14. lib. 2. eſt
lib. 11. tit. 1. cap. 60. quod eadem dicit. Digeſtum 23. tit. 2. lib. 6. eſt lib. 15. tit. 1. cap.
23. thema 2. quod habet, quemadmodum ſcriptum eſt. Digeſtum 14. tit. 1. lib. 8.
eſt lib. 58. tit. 1. cap. 14. thema ult. quod ſimili modo habet. Digeſtum 36. tit. 7. lib.
11. Dig. eſt lib. Baſil. 59. tit. 1. cap. 36. quod habet quomodo ſcriptum eſt. Digeſtũ
63. tit. 2. lib. 17. Dig. eſt lib. Baſil. 12. tit. 1. cap. 63. thema ult. quod dicit: Soluitur ſo-
cietas, quum aut perſonæ, aut res, aut actio, aut uolũtas interit. [*Intereunt autem*]
e καταστάσεως perſonæ maxima aut media [e] capitis deminutione, & morte. Res perit, quan-
ἐναλλαγῆς, do aut omnino non ſubſiſtit, aut conditionem mutauit, [*quòd uel*] conſęcrata
ſtatus muta- uel publicata ſit. Digeſtum 5.6. & 62. tit. 1. lib. 18. Dig. eſt lib. 19. tit. 1. cap. 4. quod
tione. eadem dicit. Digeſtum 73. eiuſdem tit. & lib. eſt eiuſdẽ 19. lib. tit. 1. cap. 73. quod
ſic habet, ut ſcriptum eſt. TEXTVS. Et lib. 24. tit. 1. digeſtum 5. Rectè do-
f περὶ τῆς και- no uxori meæ locum, ut in ipſo ædem ſacram faciat, atque locus fit ſacer. Lib.
νοτομίας ἐπαγ- 27. tit. 10. digeſt. 12. Furioſi curator rem eius dedicare non poteſt. Lib. 30. digeſt.
γελίας. 39. Qui rem ſacram legat, furere uidetur: neque æſtimatio [*eius*] pręſtatur, quo
g Negatio e- niam nullo prorſus modo diſtrahitur. Lib. 39. tit. 1. digeſt. 1. [f] Noui operis nun-
nim requiri- ciatio locum habet, ne contra leges in ſacro loco opus fiat. tit. 3. digeſt. 17. Sacro
tur, & Pand. loco interueniente ſeruitus [g] [*non*] conſiſtit. Lib. 41. tit. 2. digeſt. [h] 31. Deſinimus
habent. poſsidere locum, ubi ille ſacer factus eſt: tametſi non ut talem, ſed ut priuatum
h In lib. noſtris eum habeamus, tit. 3. digeſt. 9. Res ſacras non acquirimus per longi temporis
eſt, 30.
poſſeſ-

poſſeſsionem. Lib. 43. tit. 1. digeſt. 1. & 2. Non debet aliquid fieri in ſacro loco, &
quod factum eſt, reſtituitur. Tit. 6. eiuſdem lib. digeſt. 1. Non licet aliquid facere
in loco ſacro, in'ue eum immittere, quod deformitatem illi, & non ornamen-
tum adferat. Hoc autem ad priuata ſacra non pertinet. Planè cura ſacrorum lo-
corum mandata eſt his qui illis præſunt. Tit. 8. digeſt. 2. Non licet in loco ſacro
ædificare: ſed & quod ædificatum eſt, diruitur. Lib. 44. tit. 6. digeſt. 3. Non licet
rem litigioſam Deo dedicare: & qui hoc fecerit, præſtat duplum aduerſario, eo
quòd aduerſario traditus ſit illo potentiori. SCHOLIVM. Digeſtum 5.
tit. 1. lib. 24. Digeſt. eſt lib. 30. tit. 1. cap. 5. thema 8. Si magni precij [a] monumen- [a] κενοτάφιον.
tum purum uxori meæ donauero, ualet [*donatio*], poſteaquam in eo ſepelie-
rit. Sed ſi ipſa in eo ſepulta fuerit, fiet [b] ſepulturæ nomine religioſum. [Proinde] [b] εἰς ταφὴν ἀ-
& ad oblationem Dei rectè dono uxori meæ: uel locum, in quo opus publi- νιερωμένον.
cum, quod promiſerit, faciat, aut ſacram ædem: ac ſit locus ſacer. Digeſt. 12. tit.
10. lib. 27. eſt lib. 38. tit. 10. cap. 10. them. 2. cap. [*&*] 11. & 12. quæ ſic habent: Cura-
tor furioſi rectè rem ſuam quaſi furioſi, alienat: non autem furioſi, quaſi ſuam.
Poteſt tamen in furioſi utilitatem oppignorare, dedicare autem ipſius rem
non poteſt. Digeſt. 39. lib. 30. eſt lib. 44. tit. 1. cap. 39. thema ult. Si quis publica ſa-
cra, uel priuata Principis legauerit, furere uidetur: nec æſtimatio eorum præ-
ſtatur: quoniam alia neutiquam diſtrahuntur, Principis uerò [*priuata*] non niſi
ipſius iuſſu. Digeſt. 1. tit. 1. lib. 59. Digeſt. eſt lib. 58. tit. 10. cap. 1. thema 2. Noui ope-
ris mutatio in futuris operibus competit. nam ſi iam [*aliquid*] factum ſit, [*inter-
dictum*] QVOD VI AVT CLAM, quod factũ erit [*ut reſtituatur*,] aut [*illud*]
de loco religioſo, aut de loco ſacro, aut de flumine publico, aut de ripa publica
locũ habet. Digeſt. 47. tit. 3. eſt lib. 58. tit. 13. cap. 17. thema 14. circa finem: Si inter
nos locus ſacer, aut ſepulchri, aut ſanctus, ſitus eſt, ſeruitus conſiſtere non po-
teſt. Digeſt. 31. tit. 2. lib. 41. eſt tit. 2. cap. 30. thema 2. lib. 50. Deſino poſsidere, quod
alius mihi ademit, & [*ubi*] monumentum [*poſitum eſt*], & quod ſacrum factum
eſt. Animaduerte autem, in Repurgatione poſitam non eſſe eam [c] in textu po- [c] οὕτως.
ſitam legis partem, quæ dicit: tametſi non ut talem, ſed priuatum eum habea-
mus. Ac idcirco adhærere illis debes, quæ in Baſil. continentur. Sed rogabit
[*fortaſſe*] quiſpiam, quamobrem hæc legis pars quæ habet, Tametſi non ut ta-
lem, ſed priuatum eum habeamus, in Baſil. non ſit appoſita? Lege cautum
eſt in cap. 13. tit. 4. lib. 50. non rumpi uſucapionem inde, quòd bonæ fidei poſ-
ſeſſor per denunciationem ſe aliena poſsidere intelligat. Propter hoc igitur
Repurgationis authori iniquum eſſe uiſum eſt, ſi bonæ fidei poſſeſſoris poſ-
ſeſsio rumpatur, eo quòd Deo conſecratum ſit, quod bona fide poſsidet.
Atque [*id quidem multo*] magis [*iniquum uiſum eſt*], ſi ex iudice hoc non intellexe-
rit, & quaſi priuatum illud poſſederit. [*Ac*] propter hoc [*quidem*] legis [*ea*]
pars quæ habet, Tametſi non ut ſacrum, ſed ut priuatum eum poſsideamus:
non eſt recepta. Digeſtum 9. tit. 3. eſt lib. 50. tit. tertij, cap. 9. Per diuturnam
poſſeſsionem uſucapiuntur [*res*] corporales, exceptis [*rebus*] ſacris, ſanctis,
publicis, populi Romani, ciuitatum, item liberis hominibus. Digeſtum 1. & 2.
tit. 1. lib. 43. Digeſtorum, eſt lib. quinquageſimioctaui, tit. decimiquarti, cap.
2. thema penult. Legitima interdicta competunt diuini iuris cauſa, ſicut [*eſt*]:
NE QVID IN LOCO SACRO FIAT: uel, QVOD
FACTVM EST, VT RESTITVATVR: & DE MORTVO
INFERENDO, uel SEPVLCHRO AEDIFICANDO. Digeſtum
1. tit. 6. eſt tit. 15. libri quinquageſimioctaui, cap. 1. quod ſic habet: Ait prætor,
IN LOCO SACRO FACERE, IN'VE EVM IMMITTERE
QVID, VETO. Hoc de loco ſacro, non de profano competit. [*Neque huc ſpe-
ctat*] ne ſacer locus adornetur, ſed ne [*illi*] noceatur. Sacrorum locorum cura

d ad eos

ad eos pertinet, qui illa curant. Digeſtum 2. tit. 8. lib. 43. eſt lib. 58. tit. 8. cap. 5. thema 11. & 12. quæ ſic habent, ut [a] in textu ſcripta ſunt. Digeſtum 3. tit. 6. libri quadrageſimiquarti, eſt lib. 27. caput nonum, quod dicit, quemadmodum [b] in textu ſcriptum eſt. Sancta uerò hîc, ne priuata ſancta dixeris: ſed monumenta, quæ etiam religioſa dicuntur. Priuata enim ſancta, ſiue non conſecrata, [c] dominio ſubijciuntur. TEXTVS. Lib. 45. tit. 1. digeſtum 38. Rectè abs te ſtipulor, ut ædem ſacram ædifices. Et in iſtiuſmodi [re] locatio ualet. Digeſtum 83. Rem ſacram ſtipulari non poſſumus, quamuis profana fieri poſsit. Nam tametſi locum profanum promiſero, illumq; citra dolum meum conſecrari contingat, liberor: nec ſi locus rurſus lege aliqua ſacer eſſe cœperit, in obligationē reuocor. Neque rem ſacram ſtipulari poſſum ſub conditione, quando profana eſſe cœperit. Illa enim [duntaxat] ſtipulari poſſumus, quæ tempore ſtipulationis ſubijci uſibus dominioq; noſtro poſſunt. Digeſt. 91. Si res in ſtipulationem deducta in rebus humanis ſit, ſed dari non poſsit, quòd fortè ſacra facta ſit: & uerò tempore ſtipulationis uel poſtea promiſſoris [illa] fuerit, & deinde ſacra facta ſit, tenetur [promiſſor]: quemadmodum etiam, quando [res ab ipſo] alienata per alium ſacra facta eſt. Si uerò res aliena fuerit, & ab alio eam ſacram fieri contigerit, non tenetur promiſſor: niſi poſteaquam moram fecit, res ſacra facta fuerit. Dig. 137. Inutiliter ſtipulor ſub conditione, quæ à lege prohibita eſt: ut, DABIS, SI QVIS REM SACRAM VENDIDERIT: tametſi fieri poſſit, ut poſtmodum eius ius mutetur. SCHOLIVM. Dig. 38. tit. 1. lib. 45. eſt lib. 43. tit. 1. cap. 37. thema 5. quod ſic habet: Rectè ſtipulor abs te, ut illum ſiſtas, aut [ædem] ſacram uel [d] locum religioſum ædifices. Nam & in iſtiuſmodi locis locatio ualet. Locatio autem de ſacra [æde] ualet, quæ de ea ædificanda, non autem [in locatum] tradenda, eſt inita. Si quis enim monaſterium conduxerit, non modò non ex conductione, tum [e] iure deſtituta, tum inualida, utilitatem ſentiet: uerum etiam punietur. Qui enim conducunt, ac interuenientibus pactis ſuſcipiunt monaſteria, ut qui iure improbatum contractum inierint, Dei legiſq; condemnationem metuunto. & 83. Digeſt. 1. tit. 45. lib. eſt lib. 43. tit. 1. cap. 83. thema 4. Neque rem ſacram, neque [f] religioſam, neque publicis uſibus in perpetuum ſegregatam ſtipulari poſſum. Neque [uerò etiam] hominem liberum, tametſi ex libero ſeruus, & res ſacra publica'ue, priuata fieri poſſit. Nam licet locum profanum aut ſeruum promiſero, ac locum ſine meo dolo conſecrari contingat, liberor: nec in obligationem reuocor, ſi rurſus lege aliqua locus profanus, aut [homo] liber ſeruus eſſe cœperit. & thema 7. eiuſdem capitis, quod dicit: [Hominem] liberum ſtipulari non poſſum ſub conditione, quando ſeruus effectus erit: neque locum ſacrum [g] religioſum'ue, quando profanus [erit]. Illa enim [duntaxat] ſtipulari poſſumus, quæ tempore ſtipulationis ſubijci uſibus dominio'que noſtro poſſunt. Digeſtum 91. eſt lib. 43. tit. 1. cap. 91. thema 2. quod eadem fermè comprehendit, quæ Patriarcha [h] fuſiùs ſcripſit. Digeſtum 137. eſt eiuſdem 43. lib. & tit. cap. 137. thema 4. quod ait: Inualidè ſtipulor ſub conditione, quæ lege prohibita eſt: ueluti, DABIS, SI PETRVS REM SACRAM, VEL RELIGIOSAM, VEL PVBLICIS VSIBVS IN PERPETVVM SEGREGATAM VENDIDERIT: tametſi fieri poteſt, ut earum rerum ius mutetur. Idem [eſt,] ſi conditio natura impoſsibilis ſit. TEXTVS. Lib. 47. tit. 22. & lib 48. tit. 4. digeſtum 1. Qui cum armis locum ſacrum occupant, obnoxij pœnæ ſunt. Mouetur enim aduerſus ipſos lex [Iulia] [i] maieſtatis. Lib. 50. tit. 16. digeſt. 17. Sacra non ſunt publica. SCHOLIVM. Digeſtum 2. tit. 22. lib. 47. eſt lib. 60. tit. 32. cap. 2. Quiſquis contra legem collegium fecerit, tenetur ea pœna, qua [tenentur hi,] qui cum armis locum publicum uel ſacrum occupant. Digeſtum 1. tit. 4. lib. 48. Digeſt. eſt lib. 60. tit. 36. cap. 1. Lex de [maieſtatis] inſidia-

a ἐν τῷ κειμένῳ.
b εἰς τὸ κείμενον.
c δεσπόζονται.
d μνημεῖα τόπον.
e παράνομος.
f μνημεῖον πρᾶγμα.
g μνημεῖον.
h περιφραστικῶς.
i περὶ καθοσιώσεως.

inſidiatoribus ſimilis eſt legis de ſacrilegio. Et tenetur illa, qui aduerſus populum Romanum [*aliquid*] commiſit. Et qui dolo [*malo*] effecit, ut obſides iniuſſu Principis interciderint: ut armati homines in urbe aduerſus urbem ſint: ut locus [*aliquis*] aut templa occupata, uel ſeditioſus conuentus factus ſit: ut magiſtratus occideretur. Et qui hoſtibus nuncium aut literas miſit, ſignumúe dedit, aut alioqui ipſos iuuit, atque [a] adulatus eſt. Qui deniq; milites aduerſus rempublicam ad ſeditionem tumultum'ue concitauerit. Digeſt. 17. tit 16. lib. 50. eſt lib. 2. tit. 2. cap. 17. quod ſic ait circa initium: Inter publica non continentur, neq; ſacra, neque religioſa, neque quæ publicis uſibus ſunt deſtinata: ſed ſi qua ſunt ciuitatum, uelut [*earum*] bona. TEXTVS. Lib 33. tit. 1. digeſt. 20. Si legauero ſacrarum rerum cuſtodibus denaria decem, [*ita*] ut dentur [b] die feſto: uideor decem denaria annua relinquere. Lib. 34. tit. 1. digeſt. 17. Si ſeruis meis ad cuſtodiã templi à me ædificandi deſtinatis, legauero annua cibaria & ueſtiaria: capiunt [*illa iſta*] à morte mea, tantiſper dum templum conſummatum ſit. Serui tamen, quos teſtator ad templi à ſe ædificandi cuſtodiam deſtinauit, niſi ipſos manumiſit, hæredis manent: ut lib. 40. tit. 12. digeſt 35. Lib. 24. tit. 1. digeſt. 5. Rectè dono uxori meæ rem, quam Deo offerat. Lib. 34. tit. 2. digeſto [c] 37. Si dixerim, ut fiant cruces ex centũ libris, & in illa ſacra ęde ſtatuantur: ac uerò quæ in ea [*cruces*] ſunt, omnes argenteæ & æreæ ſint: argenteas facere hæres cogetur. SCHOLIVM. Digeſt. 20. tit. 1. lib. 33 Dig. eſt thema ult. cap. 20. tit. 4 lib. 44. quod ſic habet, ut [d] in compendio propoſitum eſt. Digeſt. 17. tit. 1. lib. 34. eſt Baſil. lib. 44. tit. 14. cap. 17. quod ita habet, quemadmodum [e] compendioſe propoſitum eſt. Digeſt. 35. tit. 12. lib. 40. eſt lib. 48. tit. 8 cap. 35. Quum quidam ædificaret oratorium, deſtinauit illi ſeruos, hi hæredis erunt. Digeſt. 5 tit 1. lib. 24 eſt lib. Baſil. 30. tit. 1. cap. 5. thema 8. quod partim ita habet: ut [f] in textu poſitum eſt. Digeſt. 37. tit. 2. lib. 34. eſt lib. 44. Baſil tit. 15. cap. 37. thema ult. quod ſic habet: Si dixerim, ut fiant cruces ex centum libris, & in illa ſacra æde ſtatuantur. ac uerò quæ in ea [*cruces*] ſunt, omnes argenteæ & æreæ ſunt, argenteas facere hæres cogetur: non autem æreas aut aureas dare [*poterit.*] TEXTVS. Lib. 35. tit 2 digeſt. 1. In ijs quæ Deo legata ſunt, locus [*eſt*] Falcidiæ. Lib. 50. tit 12. digeſt. 2. Si quis rem [*aliquam*] [g] uouerit, ipſe obligatur, non autem res. Quando uerò res ſoluitur, ipſa ſacra non efficitur, ſed promiſſori liberatur. Ex tali autem promiſsione ſui iuris puberes obligantur, non autem alienæ poteſtati obnoxij ſine patris domini'ue authoritate. Si decimam quis bonorum uoueat, non priùs [*illa*] in eius bonis eſſe deſinit, quàm ipſam ſeparet: ſi uerò ea nondum ſeparata deceſſerit, obſtringuntur hæredes eius. [h] Voti enim obligatio ad hæredes tranſit. Lib. 1. Cod. tit. 2. conſt. 1. Licet unicuique in ſuprema uoluntate ſanctis eccleſijs relinquere. Firmas enim morientium uoluntates eſſe oportet. conſt. 13. Licet uiduis, diaconiſsis, uirginibus Deo dicatis, [i] ſanctimonialibus, & alijs religioſis [*feminis*], ut uel iuſto teſtamento, uel codicillo, uel uoluntate non ſcripta, ſiue inſtitutione, ſiue ſubſtitutione, ſiue legato, uel fideicommiſſo, ſeu ſpeciali ſeu uniuerſali, [*aliquid*] relinquant eccleſijs, clericis, monachis, aut pauperibus. SCHOLIVM. Digeſt. 1. tit. 2. lib 35. Dig. eſt lib. 41. Baſil. tit. 1. cap. 1. thema 3. quod partim dicit, etiam quæ Deo legantur, Falcidiæ obnoxia eſſe. Verùm [k] in Scholio ad idem cap dicit hæc expreſſè Palæus: [l] De diuerſis eccleſiaſticis capitulis, Nouella 131. non permittit Falcidia accidi, quæ in pias cauſas legata ſunt. Scholiaſtes uerò hæc dicit: Exiſtimo præſens [*hoc*] digeſtum abrogatum eſſe à Nouella 131. quæ poſita eſt in tit. 3. lib. 5. & mox latiùs docet, quomodo hæc lex abrogata ſit. Atque hæc quidem dixerunt Scholiaſtes & Palæus. Mihi autem uidetur, illos non rectè Nouellam intellexiſſe. Non enim indiſtinctè retenta Falcidia dantur, quæ in pias cauſas relicta ſunt. Sed ſi hæres dolum in dandis legatis committat, perdit competentem ſibi Falcidiam, & dat legata, quemadmo-

d 2 dum

a ὑποσαίνων.
b τῇ ἁγίᾳ τῆς ἑορτῆς
c In lib. noſtris, 39.
d συντόμως.
e συντόμως.
f ἐν τῷ κειμένῳ.
g καθιερώσῃ.
h καθιερώσει.
i μοναστρίαις.
k ἐξ ὧν ἔφην τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ.
l In lib. noſtris inſcribitur, De eccleſiaſticis canonibus, &c.

dum Nouella dicit: ſi uerò probè in illis dandis uerſetur, percipit competẽtem ſibi Falcidiam. Loquitur enim ipſa Nouella lib. 5. tit. 3. cap. 9. poſita, hunc ad modum expreſsis uerbis: Si uerò hæres ea quæ in pias cauſas relicta ſunt, non impleat, dicens, non ſufficere ad has relictum ſibi patrimonium: iubemus, ut omni lucro quod ex Falcidia prouenit uacante, quicquid in huiuſmodi facultatibus inuentum fuerit, prouidentia ſanctiſs. locorum epiſcopi totum in cauſas, ad quas relictum eſt, procedat. Quæras uerò totum 9. cap. atque legas, quum [cognitu] neceſſarium ſit. Digeſt. 2. tit. 12. lib. 50. Dig. eſt lib. Baſil. 54. tit. 14. cap. 8. quod ſic habet, ut [a] in textu ſcriptum eſt. Conſtit. 1. tit. 2. lib. 1. Cod. eſt cap. 1. tit. 1. lib. 5. quod ita habet, ut [b] in textu ſub compẽdio eſt propoſitum. Conſt. 13. eiuſdem tit. & lib. in Baſil. non eſt poſita. TEXTVS. Conſt. [c] 19. Quæ donationes citra actorum confectionem uſque ad quingentos ſolidos in eccleſiam, xenodochium, noſocomium, orphanotrophium, uel ptochium fiunt, ualent. Reliquæ uerò, tametſi in pias cauſas fiant, quæq́ amplioris quingentis ſolidis quãtitatis eſſe dicuntur, exceptis Imperialibus donationibus, [d] actorum confectione opus habent. Conſt. [e] 22. Quæ ex liberalitate curialis ad uenerabiles domus perueniunt, à lucraticiorum inſcriptionibus immunia ſunt. Conſt. [f] 23. Si quid donatum, aut hæreditas legatum'ue rerum mobilium uel immobilium in redemptionem captiuorum uenerabili [cuipiam] loco relictũ ſit: [actio] perſonalis, in rem, & hypothecaria competit, & ſola centum annorum præſcriptione [qui horum quippiam uindicant] reijciuntur. Hoc enim tempus diuturnæ uitæ hominis eſt. Conſt. 25. Si quis CHRISTVM Dominum hæredem ſcripſerit, neque oratorij appellationem addiderit: eccleſia loci, in quo defunctus habitabat, ſcripta uidetur. Idem etiam in legato. Procedit autem, [quod relinquitur], in alimoniam pauperum. Si uerò cuipiam ſanctorum angelorũ aut martyrum reliquerit, neque mentionem fecerit domuum: [tum] ſi quidem in illa ciuitate eius'ue territorio iſtiuſmodi domus ſit, illa capit: ſin minus, [ædes ſacra] quæ in metropoli eſt, accipit. At ſi neque illic iſtiuſmodi ædes ſit, loci eccleſiæ, illis alijs ſacris ædibus cedentibus, iſta capiunt: ſi modò defunctum non aliud cogitaſſe, ac aliud locutum eſſe oſtendatur. Tunc enim quod uerum, non autem quod ſcriptum eſt, obtinet. Cæterùm ſi certum locum dixerit, inueniantur autem in ciuitate, ei'ue [g] uicinis locis multa eiuſdem nominis: tum ſi erga horum quempiam maiorem affectionem habuerit, ſæpius'ue acceſſerit, illi reliquiſſe uidet. Verùm ſi tale nihil inueniatur, quę ex iſtiuſmodi ędibus magis indiget, accipit relictum. SCHOLIVM. Conſt. 19. tit. 2. lib. 1. Cod. eſt cap. 8. tit. 1. lib. 5. Baſil. quod ſic ad uerbũ habet, quemadmodũ in textu ſcriptũ eſt. Nota uerò, quòd conſt. 22 in lib. 5. tit. 1. cap. 10. poſita eſt, ueruntamen non ut in textu habetur, ſed aliter. Dicit enim: Ne deſcribatur eccleſia, aut uenerabilis domus, aut monaſterium in lucrum. Obſerua igitur hoc, quod multum utilitatis adfert, aduerſus eos qui monaſteria [h] donant, & uendunt aut emũt uenerabiles domus. Conſt. 23. & 25. in Baſil. non ſunt poſitæ. Tu uerò ſcias, quòd tametſi illa conſt. ſtatuat, ſolo centum annorum curriculo uenerabiles domus reijci: [contrà] tamen 1. cap. Nouellæ Iuſtiniani 111. ſiue ult. cap. tit. 2. lib. 5. Baſil. hęc in hęc uerba ſanciat: Nulla actio, quæ uenerabili cuipiam domui competit, ſiue perſonalis ſiue hypothecaria ſit, tranſcendit quadraginta annos temporalium præſcriptionum, quæ unicuique iſtiuſmodi ſacræ domui competunt, & quidem ſua tempora ſeruant. TEXTVS. Et tit. 3. eiuſdem lib. conſt. 24. ait, ratum firmumq́ eſſe, quod pauperibus relinquitur. Conſt. 28 eiuſdem tit. Valet, quod in redemptionem captiuorum relinquitur. Et ſi quidem teſtator dixerit, quis [iſti] rei operam nauare debeat: is exigit, & pro ſua conſcientia ſtatutum adimplet. Sin autem perſonam non dixerit, [illius] ciuitatis, in qua teſtator natus eſt, epiſcopus relictum percipit: dono apud præſidem in acta referendo datarum ſibi pecu-

niarum

a εἰς τὸ κεφάλαιον.
b εἰς τὸ κεφάλαιον συνοψισθέν.
c In lib. noſtris 16.
d ἐμφανίζειν.
e In lib. noſtris 18.
f In lib. noſtris 19.
g περιοικίδι.
h ἐμπορεύονται.

niarum quantitatem. ac poſt annum redemptorum numerum & data pro his [*precia*] manifeſta facturus. Quòd ſi teſtator barbaræ nationis fuerit, & de eius patria aliqua ambiguitas emerſerit: epiſcopus loci in qua defunctus eſt, pecunias accipit, & quod præſcriptũ eſt adimplet. Qui uerò [*aliquid*] relictum [*eſſe*] ſcit, rectè facit, ſi [*id*] rectori prouinciæ & epiſcopo dicat, neque [*idcirco*] delator efficitur. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum dicit, [*illius*] ciuitatis, in quo teſtator domicilium habuit, epiſcopum pecunias capere, & quæ conſtituta ſunt facere. Conſt. 45. Si annuum [*idq;*] perpetuum legatũ aut munus uel uenerabilibus locis, uel clero, uel monachis, uel ſanctimonialibus, uel pauperibus, uel breuiter uenerabilibus & non prohibitis collegijs, relictum aut donatum fuerit, non licet de illis tranſigere: niſi ſi uber, nullisq; publicis [*præſtationibus*] oneratus reditus detur. [*Detur*] item numquam alienanda acceſsio, quæ non minus quadrãte puri [*integriq;*] reditus contineat. Oportet autem de his pacta & tranſactiones ſcriptas fieri, easq; in [*actorum*] monumẽta referri. Si contra hæc [*factum ſit*], dato auro qui tranſactionem fecit, excidit, atque rem uenerabilis domus uindicat, hypothecæ nomine res eius qui reliquit, in fructibus, reditibus, omniq; legitima acceſsione [*ſibi obſtrictas*] habens. Neque [*uerò eius*] actioni longi temporis præſcriptio aduerſatur. [a] Singulis enim annis naſcitur. Sanè uerò qui aurum dedit, ſibi obnoxium habet eum qui cum ipſo contraxit, eiusq; heredes, ut eiuſdem tit. conſt. 55. [*tradit.*] SCHOLIVM. Conſt. 24. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt lib. 44. tit. 18. cap. 34. Non autem in Baſil. poſitum eſt ut Cod. tradit. ſed dicit illud ita: Quod pauperibus relinquitur, ne incertum exiſtimator. Conſt. 28. in Baſil. non eſt poſita. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [*ac*] poſita [*eſt*] in lib. Baſil. 5. tit. 3. cap. 8. quod ſic habet: Sed & ſi quis pro redemptione captiuorum, aut alimonia pauperum, hæreditatem uel legatum, in rebus mobilibus, aut ſeſe mouẽtibus aut immobilibus, ſiue ſemel ſiue annuum reliquerit: & hoc modis omnibus ſecundum teſtatoris uoluntatem per eos qui id exequi iuſsi ſunt præſtator. Si ſpecialiter non dixerit, cuius loci pauperibus hæc reliquerit: iubemus, ut religioſiſs. ciuitatis epiſcopus, in qua teſtator domiciliũ habuit, eas res ad ſe recipiat, & inter pauperes ſuæ ciuitatis diſtribuat. Cæterùm conſt. 45. tit. 2. Nouellarum in Baſil. non eſt poſita, ſimiliter neque conſt. 55. eiuſdem tit. & lib. TEXTVS. Conſt. uerò 3. tit. 2. Nouellarum de huiuſmodi legato dicit: Si qui [*id*] capere & dare iuſsi ſunt, aut locus ex quo conſtitutum eſt dari, in eadem aut uicina prouincia ſint, ne quo modo illud alienetur: ſin in remotioribus ſint partibus: licet utroque conſentiente uicinum [*aliquem*] reditum uberem, neque multis præſtationibus prægrauatum, cum acceſsione quadrantis relictæ quantitatis, pro illo capi. Si uerò uendere legatum uelint, ne minus precij nomine capiant, quàm ex legato per triginta quinque annos colligatur: ita tamen, ut preciũ ad utilitatem uenerabilis domus, cui relictum eſt, procedat. SCHOLIVM. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [*ac*] poſita [*eſt*] in lib. 5. Baſil. tit. 3. cap. 9. quod & integrum in initio præſentis cap. inſertum eſt, ita incipiens: Sed & ſi quis pro redemptione captiuorum. TEXTVS. Conſt. [b] 48. tit. 3. lib. 1. ait, Quòd quis rectè captiuos hæredes ſcribat, hæreditatemq; epiſcopus & œconomus ciuitatis, in qua [*teſtator*] larem fouit, ſuſcipiant, qui aut rerum precia, aut immobilium reditus in redemptionem captiuorum conſumant: & [c] [*non*] retenta Falcidia conueniãtur propter debita. Et, [*quòd*] pauperes rectè quis hæredes ſcribat, ac [*tum*] ſi non definiat, quos [*hæredes eſſe uelit,*] xenodochus eiuſdem urbis facultates capiat, & ex uenditione illarum reditus comparet. Si uerò multi xenones in ciuitate ſint, pauperrimus illas capiat: eam [*autem*] rem epiſcopus & ſub ipſo conſtituti clerici diſcutiant. At ſi ciuitas xenonem nõ habeat, res per epiſcopum aut œconomum in pauperes alioqui ue egenos non retenta Falcidia diſtribuantur. [d] Sin autem in

a κατ᾽ ἐνιαυτόν.

b In lib. noſtris 37.

c Negatiuam particulam ex ipſa conſt. adiecio.

d Græca corruptè habent: αἱ δὲ πρὸς ἄλλον ἢ ἄλλον ὄνομα ἐκκλησίας ἢ ἀγῶν οἴκου δοθῶσιν.

certam perſonam, uenerabilem'ue certam domum reſpiciens reliquerit: illa ſola capit non ſubiens Falcidiam. Conſtit. uerò 3. tit. 2. Nouellarum in pauperes per epiſcopum diſtribui ait. Et conſt. 52. tit. 3. lib. 1. Cod. ait, quòd ſi quis grauetur ſubſtitutione aut reſtitutione, [a] SI LIBERI NON EXISTANT, ac nolens matrimonium contrahere ſuſcipiat uitam monaſticam: res [*relictas*] in perpetuum retineat: ac dum ſupereſt, inſumat, aut relinquat quomodo uult, dummodo in pios uſus. [*Quòd*] etiamſi ſub conditione ſuſcipiendorũ liberorum illis relictum ſit [*aliquid*], id habeant, tametſi liberos non ſuſcipiant. [*Et quòd*] hocipſum [*obtineat*] & in [b] uirginitati ſeruandæ obſtrictis mulieribus, & in matrimonium contrahere prohibitis clericis. Conſtit. 2 lib. 1. Nouellarum dicit, quòd, ſi legato, aut reſtitutione grauatus ſub conditione nuptiarum, uel [c] SI LIBERI NON EXISTANT, clericus, monachus, diaconiſſa, uel aſcetria fiat, reſtitutio extinguatur. Et [*quòd*] clerici ac diaconiſſæ eccleſiarum, quando uſque ad finem uitæ ſuæ in ijs permanſerint: ſub hac conditione donata uel relicta, in pios uſus inſumere aut relinquere poterunt. Si autẽ monachi aut aſcetriæ monaſteria deſerant, iſtiuſmodi res cum alijs ipſorũ bonis ad monaſteria pertinere. Si tamẽ ad redemptionẽ captiuorũ aut exhibitionẽ pauperũ prædictis conditionibus ſubſtitutio fiat: nullo prędictorũ modorum [*hanc*] excludi. SCHOLIVM. Conſt. 48. tit. 3. lib. 11. Cod. nõ eſt poſita in Baſil. Conſt. uerò 3. lib. 2. Nouellarũ, eſt Nouella Iuſtiniani 131. poſita [*q; eſt*] in li. Baſil. 5. tit. 3. ca. 8. q̃d & [d] ſecũdo abhinc ſuperiori Scholio inſertũ eſt. Conſt. 52. tit. 2. lib. 1. Cod. in Baſil. nõ eſt poſita. Verùm conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. ac poſita eſt in lib. Baſil. 4. tit. 1. cap. 5. & 6. ad eundẽ propè modũ, quo hîc. TEXTVS. Dicit porrò 1. eaq; unica conſt. tit. 48. lib. 6. Cod. ualere quod relinquitur licito [*cuipiam*] collegio aut corpori, clericis collegis puta, aut curiæ, aut cohorti prǽſulis, aut medicis, aut doctoribus, aut aduocatis, aut militibus, aut eiuſdem artis opificibus, aut ſacerdotibus, aut cuipiam alij: & diuidi uiritim ex æquo [*ijs,*] qui tempore mortis in albo reperiantur: præterquam ſi certam quantitatem teſtator unicuique attribuerit. Et in fine eiuſdem conſt. [*dicitur*], quòd, ſi ſemel aut annuum in pios uſus relictum ſit [*aliquid*] aut eccleſijs, aut xenonibus, aut ptochijs, aut uenerabilibus domibus, aut communi clerico, aut ad captiuorum redemptionem, [*aut*] ipſis pauperibus, uel captiuis, ualeat defuncti uoluntas. [*Lib.*] Inſtit 3. tit. [e] 27. [*habetur:*] Interdum quod per errorem non debitum, ſolutum eſt, non repetitur: ut in ijs, quæ uenerabilibus domibus uel religionis uel pietatis intuitu legata ſunt. [*Lib.*] Inſtit. 4. tit. 16. Quod uenerabilib. locis legatum eſt, ex inficiatione duplatur. Dicit etiã conſt. 2. tit. 2. Nouellarum, quòd ſi qui cuicunq; uenerabili domui ubilibet conſtitutæ infructuoſam poſſeſsionem donauerint, uẽdiderint, alio'ue modo ſuppeditarint, aut [*etiam*] reliquerint: illa publicorum tributorum nomine non oblædatur, neque quacunque alia de cauſa prægrauetur: ſed omne iſtiuſmodi grauamen in eos qui dederunt, earumq; hæredes redundet: [*quippe*] qui & datas poſſeſsiones recipere, & omne damnum quod uenerabili domui obuenerit, præſtare cogantur. Quòd [*item*], ſi [f] fortè dolo malo aliquo pro iſtiuſmodi infructuoſis nonnihil à uenerabilium domuum [*diſpenſatoribus*] datum fuerit: id quod datum eſt, uenerabilis domus lucretur, & res infructuoſæ ei qui dedit, eiusq; hæredibus reſtituantur. Conſt. autem 1. eiuſdem tit. ait, quòd, qui œconomus, [*religioſarum domuum*] præfectus, xenodochus, noſocomus, ptochotrophus, orphanotrophus, aut gerontocomus tale quippiam fecerit: de ſuo ei qui dedit, quod illi inde damnum obuenerit, reſarciet. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit. 48. lib. [g] 1. Cod. poſita eſt in lib. 44. tit. 18. cap. 30. quod quære. Circa medium enim tractat, quæcunq; in textu ſcripta ſunt. Quę uerò dicuntur comprehendi in 27. tit. [*lib.*] 3. & 16. tit. [*lib.*] 4. Inſtit. in Baſil. non ſunt poſita. Sanè uerò conſt. 2. tit. 2. Nouellarum, eſt cap.

a ἐὰν ἀπαιδίας

b παρθενευούσαις.

c ἀπαιδίας.

d ἐν τῷ παραδὸν καταβατόν.

e In noſtris lib. 28.

f ἄν ἄρα.

g In textu, 6. ſed neutrobi tale quiddam inuenitur.

cap.18.tit.2.lib 5.quod ferè eadem dicit.Conſt.autem 1.eiuſdem lib. Nouellarũ in Baſil.non eſt poſita.

DE SACRIS VASIS, ET DONARIIS.
Caput II.

APoſtolorum canon 73.Concilij 1. & 2.in ęde ſanctorum Apoſtolorum coacti,canon 1.10.ex epiſtola Cyrilli ad Domnum,caput 2. TEXTVS. Conſt.17.tit.2.lib.1.Cod.ait,quòd dum extra ſacra uaſa [*aliæ*] res mobiles ſunt, rerum neceſſariarum immobilium & ſacrorum uaſorum alienatio atque hypotheca ceſſat.Et conſt. [a] 21.eiuſdem tit.ait,quòd qui non per cauſam redimendorum captiuorum ſacra uaſa uel donaria emit, aut in hypothecam pignus'ue capit;etiã precio excidat:eaq; per epiſcopos, œconomos, & uaſorum cuſtodes uindicantur,etiamſi conflata ſint: aut illorum exigantur precia, ſi non compareant. Dicit lib.18.tit.1.dig.62.quòd qui neſciẽs rem ſacram pro priuata comparat,licet uenditio non teneat,tamen [*actionem*] aduerſus uenditorem habeat,in quantum eius interfuit,ne deciperetur.Et [*lib.*] Inſt.2.tit.1.dicit,quòd ſacra uaſa neq; alienentur,neque obligentur,niſi propter redemptionem captiuorum. Conſt.autem 1.tit.2.Nouellarum,pœnis ſubijcit eos, qui ſacra uaſa contra legẽ aut oppignerant,aut uendunt,aut conflant,niſi propter redemptionem captiuorum. SCHOLIVM. Conſt.17.tit.2.lib.1.Cod. non eſt poſita in Baſil.neq; 21.Verùm digeſt.62.tit.1.lib.18.eſt lib.19.Baſil.tit.1.cap.62.thema 2. quod habet, ut in textu ſcriptum eſt.Tit.1. [*lib.*] 2.Inſtit.in Baſil.non eſt poſitus. Conſt.1.tit.2.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 120. Hoc autem eius caput non eſt poſitum in Baſil. TEXTVS. Conſtit.2.eiuſdem tit. dicit, ut ne ſacra uaſa eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, aut ubicunque conſtitutorum oratoriorum, aliter uendantur,opponantúrue pignori,quàm pro captiuorum redemptione.Sanè ſi plura uaſa ſint,quæ neceſſarium [*deſe*] uſum non præbeant, & uſuueniat,ut aliqua uenerabilium domuum ære alieno grauetur, neque ſuppetant aliæ res mobiles, ex quibus æs alienum ſolui debeat: facultas erit, ut actorum monumentis epiſcopo alienante,apud metropolitam:metropolita uerò,apud ipſius patriarcham citra damnum confectis, ſuperflua alijs uenerabilibus domibus, quæ [*his*] opus habent,uendantur,aut conflentur,ac [*deinde*] uendantur, preciumq; eorum ad diſſoluendum æs alienum conferatur, né illarum res immobiles alienentur.Dicit porrò lib.1.tit.18.digeſt.13. quòd præſides conquirere debeant ſacrilegos. Et lib. 10. tit. 2. digeſt. 4.quòd quæ ſacrilegio quæſita ſunt, hæredes [*inter ſe*] nõ diuidant.Et lib.45.tit.1.digeſt. [b] 26. quòd inualidè quiſpiã ſe ſacrilegium facturum promittat, atque inde actio non competat. SCHOLIVM. Conſtit.2.tit.2.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 120.poſita [*q; eſt*] in lib.5.Baſil.tit.2.cap.21.quod habet,ut in textu comprehenſum eſt. Digeſt.13.tit.18.lib.1.eſt lib.6.tit.1.cap.42.quod ſic habet: Præſes pacis curam habeto,ſacrilegos,plagiarios, fures, ac [*eorum*] receptores conquirens, eorumq; delictum [*ſupplicio*] perſequens.Digeſt.4.tit.2.lib.10.eſt Baſil.lib.42. tit.3. cap. 4.thema 2. quod dicit: Exceptis enim nominibus, reliquę res [c] in iudicium familiæ erciſcundę deducuntur:etiam mala medicamenta & libri magici ac ſimiles: ſed officium iudicis eſt,ut protinus hæc corrumpat.Porrò quę ſacrilegio, peculatu, ui aut aggreſſura quæſita ſunt,non diuiduntur. Tu uerò ſciás, quòd quæcunque mala fide defunctus poſſedit,non deducantur [d] in familiæ erciſcundæ iudiciũ, ſed cuſtodiantur domino. Digeſtum 26.tit.1.lib.45.Dig. eſt lib. Baſil.43. tit.1 ca. 25.quod ait:Turpes ſtipulationes nullius ſunt momenti: ueluti ſi quis homicidium uel ſacrilegium promittat ſe facturum.Neq; enim ex huiuſmodi [*obligationibus*] actio competit. TEXTVS. Et lib.48.tit.4.digeſt.1.quòd crimen [e] læſę

Maie-

a In lib. noſtris 17. in qua ſuperioris proximi nulla mentio.

b In lib. noſtris 27.

c ait τὸ διαιρῶν τῇ φαμιλίᾳ τὸν κλῆρον δικαστήριον.

d ait τὸ διαιρετικὸν δικαστήριον.

e καθοσιώσεως.

Maieſtatis ſacrilegio ſimile ſit. Et tit.13. eiuſdem lib. digeſtum 1. [*quòd*] ſacrilegij actio moueatur aduerſus eum, qui ex ſacris pecunijs [*quippiam*] abſtulit, uel in rem ſuam uertit, uel dolo fecit, quò horum quid fieret. Digeſt. 4. Sacrilegi pro qualitate delicti puniuntur. SCHOLIVM. Digeſt.1.tit.4.lib.48.Dig.eſt Baſil.lib.60.tit.36.cap.1.quod dicit: Lex de [*Maieſtatis*] inſidiatoribus ſimilis eſt legis de adulterio. Et tenetur illa, qui aduerſus populum Romanum [*aliquid*] cōmiſit. Et qui dolo [*malo*] effecit, ut obſides iniuſſu Principis interciderint: ut armati homines in urbe aduerſus urbem ſint: ut locus [*aliquis*] aut templa occupata, uel ſeditioſus conuentus factus ſit: ut magiſtratus occideretur. Et qui ho-
a ὑπονοθεύ-ſtibus nuncium aut literas miſit, ſignum'ue dedit, aut alioqui ipſos iuuit, & [a] a-
σας. dulatus eſt: qui [*deniq.*] milites aduerſus rempublicam ad ſeditionem tumultum'ue concitauerit. Dig.1.tit.13.eiuſdem lib. Dig. eſt lib.60.tit.45.cap.2. Pecula
b μνημείων. tus [*actio*] mouetur aduerſus illum, qui ex pecunia ſacra, [b] religioſa, publica'ue [*quid*] abſtulit, uel in rem ſuam conuertit: qui'ue dolo effecit, ut horum quippiam fieret: niſi ſi cui à lege [*id*] permiſſum ſit. [*Deniq.*] qui auro argento'ue publico æs uel aliud [*quippiam*] quo ea peiora fiant, immiſcuit. Dig. autem 4. in Ba-
c In lib. noſtris ſil. non eſt poſitum. IVS POSITIVVM. Dig. [c] 6. Ex ſacra æde priuatas pe-
5. cunias ſubripere, non ſacrilegium, ſed furtum eſt. In dig.16.tit.19.lib.48. dicitur, locum furem à ſacrilego diſcernere. Et lib.6. Cod. tit.2. conſt.3. eum qui furatur quod nondum Deo dedicatum eſt, ut furem [*in iudicio*] conueniri. SCHO-
d In Græcis LIVM. Digeſt.6.tit. [d] 13.lib.48.Dig.eſt Baſil.lib.60.tit.45.cap.6.& ait: Subripe-
malè 4. re ex ſacra æde pecunias priuatas, non ſacrilegium, ſed furtum eſt. Dig.16.tit.19. lib.48.Dig.eſt lib.Baſil.60.tit.51.cap.16. quod ait, locum facere, [*ut idem uel*] furtum uel ſacrilegium [*ſit.*] Et uidentur quidem contraria eſſe [*hæc*] capita, non ſunt tamen. Ac [*certè*] quidem qui priuatas pecunias furatur, tametſi ex loco ſacro furetur, fur eſt: qui autem Deo dedicata furatur, tametſi ex loco priuato furetur tanquam ſacrilegus tenetur. Veruntamen quia ſunt res quædam ſacræ Deo non dedicatæ, ueluti ſimulachra quæ priuatim ad nos pertinēt, & reliqua necdum templis aut monaſterijs dedicata: ſecundum hoc dicit 16.cap.tit.51.lib. 60. locum facere furtum aut ſacrilegium. Qui enim ſacram imaginem in cella noſtra furatur, non ſacrilegus eſt, ſed fur. [*Siquidem*] ſi hoc ita non interpretabūtur, eum qui numiſmata imaginem CHRISTI aut Dei genitricis habētia furatur, tanquam ſacrilegum in ius uocari, omnino [*neceſſe eſt, ut*] dicamus. quod [*ſanè* & absurdum [*eſt*] & falſum. Conſt.3.tit.2.lib.6.Cod.eſt Baſil.lib.60.tit.6.cap. 20. quod dicit: Qui rem hauddum dedicatam furatur, furti tenetur. Non enim ſacrilegus eſt, qui rem nondum conſecratam furatur. Ex hoc igitur capite apparet, rectè ſolutam eſſe, quę ſuperiùs eſſe uidebatur, capitum contrarietatem.
e In lib. noſtris TEXTVS. Lib.48.tit.13.conſt. [e] 7. Sacrilegij pœna pro qualitate perſonarum,
6. delicti, temporis, ætatis & ſexus, grauior aut leuior infligitur. Nonnulli enim beſtijs traduntur, nonnulli exuruntur, aliqui in furcas ſuſpenduntur. Moderata uerò pœna eſt, ſi nocturnus ſacrilegus beſtijs tradatur: diurnus uerò, qui modicum aliquid ex templo tulit, metalli pœna coerceatur: aut ſi honeſtiore loco
f In lib. noſtris natus ſit, deportetur. Dig. [f] 11. Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem ſacrilegi,
9. qui publica ſacra compilant. at qui priuata ſacra ædiculaſq; incuſtoditas ſpoliant, minus quàm ſacrilegi, amplius quàm fures puniuntur. Item qui peregrina ſacra ſuffuratur, ſacrilegij crimini obnoxius eſt. Cæterùm ſi is cui ſacrorum cuſtodia concredita eſt, ex illis aliquid ſubripuerit, legi obnoxius non eſt. Dig.
g In lib. noſtris [g] 12. Deportatur qui hominem in arculam includit, eamq; in templo deponit,
10. ſi ille de illa exiens nonnulla de templo ſuffuretur. Digeſt. [h] 16. Sacrilegij iudi-
h in noſtris 14. cium etiam aduerſus hæredem competit. nam de ſublatis pecunijs in eo eſt quæſtio. SCHOLIVM. Digeſtum 7.tit.13.lib.48. non eſt poſitū in Baſil. neque [*etiam*] 11. Verùm 12. eſt caput decimumtertium, tit.45.lib.60, quod habet,

ut in

ut in textu ſcriptum eſt. Similiter 16. eſt cap. 16. eiuſdem lib. & tit. quod eadem recenſet.

DE CLERICIS [a] SCHISMA FACIENTIBVS, ET *citra uoluntatem epiſcoporum altaria erigentibus.* Caput III.

a ἀποσχιζόντων.

APoſtolorum canon 31. Concilij Antiocheni canon 5. Concilij Carthaginenſis canon 10. Concilij ſexti canon 31. Concilij 1. & 2. in æde ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 12. 13. 14. 15.

TITVLVS TERTIVS.

De precibus, [b] cantu, lectione, oblatione, communione, & [c] ueſtitu, atque miniſterio lectorum, cantorum, & miniſtrorum.

b ψαλμῳδίαι
c φορεσίας.

QVALES PRECES POPVLVS AVDIAT. ET, *Quapropter in orientem proſpicientes precemur.* Cap. I.

CONCILII Laodiceni canon 5. 19. Baſilij ex cap 27. De ſancto ſpiritu. TEXTVS. Conſt. 17. tit. 1. Nouellarum dicit, preces ſacroſanctæ communionis & ſacroſancti baptiſmatis à populo exaudiri debere. SCHOLIVM. Conſt. 17. tit. 1. Nouellarum eſt cap. 21. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod ſic habet: Ad hæc iubemus, ut omnes epiſcopi pariter & preſbyteri, non tacito mòdo, ſed clara uoce, quæ à fideliſsimo populo audiatur, ſacram oblationem, & preces in ſancto baptiſmate adhibitas celebrent: quò ad maiorem exinde compunctionem ac domini Dei glorificationem audientiũ animi efferantur.

QVOS, QVOMODO, QVALIA CANERE, PRECA*ri, aut legere oporteat.* Caput II.

APoſtolorum canon 60. 85. Concilij Laodiceni canon 15. 17. 18. 19. 23. 59. Concilij Carthaginenſis canon 24. 46. 103. Concilij ſexti canon 33. 63. 75. 81. Concilij Nicæni ſecundi canon 14.

IN SABBATIS EVANGELIVM CVM ALIIS [*ſacris*] *ſcripturis legi oportere.* Cap. III.

COncilij Laodiceni canon 16.

DE SACRA OBLATIONE ATQVE COM*munione.* Cap. IIII.

APoſtolorum canon 3. 4. 31. Concilij Nicæni canon 18. Concilij Ancyrani canon 1. Concilij Neocæſarienſis canon 13. Concilij Laodiceni canon 19. 49. Concilij Carthaginenſis canon 37. 41. 47. Concilij ſexti canon 21. 23. 28. 57. 58. 32. & 101.

QVOMODO CLERICI ET LAICI PACEM *dent.* Cap. V.

C Oncilij Laodiceni canon 19.

DE HIS QVI DVBITANT [d] EVCHARISTIAE SA*cramentum ſumere à presbyteris coniugatis.* Cap. VI.

d κοινωνεῖν.

C Oncilij Gangrenſis canon 4.

QVOD IIS SOLIS, [a] QVI SACERDOTALIS ORDInis ſunt, in altari communicare liceat. &, Ne mulier ad altare ingrediatur. Cap. VII.

a ἱερατικοῖς.

COncilij Laodiceni canon 19.44. Concilij ſexti canon 69.70.

QVANDO OFFERANT, AC COMMVNIONEM EXhibeant [b] epiſcoporum uicarij. Capat VIII.

b χωρεπισκόπων.

COncilij Neocæſarienſis canon 13.

NE DIACONVS OFFERAT, NEQVE PRESBYTEro communionem exhibeat. Cap. IX.

COncilij Nicæni canon 18.

DE [c] VESTITV ET MINISTERIO LECTORVM, CANtorum & miniſtrorum. &, Quòd non oporteat miniſtrum panem [ſacratum] dare, aut calicem [d] conſecrare. Cap. X.

c φορεσίας.

d εὐλογεῖν.

COncilij Laodiceni canon 21.22.23.25. 43. Concilij ſexti canon 27. Concilij Nicæni ſecundi canon 14.16.

DE IIS QVI QVVM IN CIVITATE SVNT, IN tribus hebdomadibus non communicant. Cap. XI.

COncilij Sardicenſis canon 11. Concilij ſexti canon 80.

DE HIS QVI SCRIPTVRAS AVDIVNT, ET IN poſtremis precibus non permanent, neq; communicant. Cap. XII.

APoſtolorum canon 8.9. Concilij Antiocheni canon 2.

DE HIS QVI DAEMONE OBSESSI SVNT, QVOmodo communicent, aut non. Cap. XIII.

APoſtolorum canon 79. Timothei canon 3.

DE HIS QVI EXTRA ECCLESIAS OFFERVNT, aut [e] cœtus conuocant. Cap. XIIII.

e ἐκκλησιαζόντων.

APoſtolorum canon 31. Concilij Gangrenſis canon 6. Concilij Antiocheni canon 2. 5. Concilij Laodiceni canon 58. Concilij ſexti canon 31. 59. TEXTVS. Conſtit. 7. tit. 2. Nouellarum, & 3. tit. 2. aiunt, quòd eum qui oratorium aut eccleſiam ædificare uelit, ea de re cum ciuitatis epiſcopo uerba facere oporteat & ſufficientes [ſumptus] ad [f] incendenda luminaria, ad ſacrum miniſterium, ad ſartam tectam loci conſeruationem, & ad ſuſtentationem eorũ qui [illic] aſsideant, donare. Deinde uerò epiſcopum rem omnibus manifeſtã reddere, publicè illuc procedere, & adhibitis precibus crucem figere, ac tum [demum] opus inchoari [debere.] Et, quòd qui nouum [oratorium] extruere, uel uetus reuocare cœperit, cœptum perficere ab œconomis, epiſcopo, & magiſtratu cum hæredibus cogatur. SCHOLIVM. Conſt. 17. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 67. & non eſt poſita in Baſil. Conſt. 3. tit. 2 Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [atq;] eſt in lib. 5. Baſil. tit. 3. cap. 4. & 5. quæ etiam habent, ut in textu [g] compendioſè propoſita ſunt. TEXTVS. Quòd ſi quis in priuato ſuburbano aut prædio ſine clericis à locorum epiſcopo deputatis, ſacrum miniſteriũ peragat, uel aliquibus peragere cõcedat: locus, in quo id ſciente domino factum eſt, per epiſcopum, œconomum & magiſtratum addicitur eccleſię, ſecundum conſtit. 3. tit. 2. Nouellarum. Conſtit. autem 6. tit. 1. Nouellarum, illum confiſcari dicit. Et conſtit. 15. tit. 3. lib. 1. Cod [h] Si uerò rem illam ignorauit dominus, nõ multatur: ſed ſcientes procuratores, & conductores, emphyteutę rebus

f λυχναψίαν.

g συνοψισθέντα.

h Non cum hic poſita cõſt. ſed cũ conſt. 8. tit. 5. eiuſd. lib. propemodum conueniunt.

rebus ipſorum eccleſiæ addictis, extra prouinciam mittuntur in exilium. Præfecti uerò qui ſcientes hæc [a] permittunt, quinquaginta libris multantur, & cohors tantidem. Licet interim, ut qui in ædibus oratoria habent, [*inibi*] precentur: non uerò etiam [*diuina*] miniſteria contra [*iam*] dicta exequantur. SCHOLIVM. De conſt 3. tit. 2 Nouellarũ, tractauimus in præcedenti Scholio. Conſt. 6. tit. 1. Nouellarum, quæ confiſcari dicit locum, in quo præter ſcientiam epiſcoporum ſacrum aliquod celebratur, eſt Nouella Iuſtiniani 58. quæ etiam irrita facta eſt, ut quæ in Baſil. poſita non ſit. Conſtit. 15. tit. 3. lib. 1. Cod. in Baſil. non eſt poſita.

a Non πληρῶσι ſed συγχωρῆσι lego.

DE EPISCOPIS, AVT CLERICIS, QVI CVM HAEreticis *aut Iudæis communicant, uel preces coniungunt, aut ipſis operari [ſacris] permittunt, uel ipſorum ſacrificium ſuſcipiunt.*

Cap. XV.

APoſtolorum canon 10. 45. 46. Concilij Antiocheni canon 2. Concilij Laodiceni canon 33. TEXTVS. Conſt. 4. tit. 6. Nouellarum ait, quòd qui hæretici cœtus cogunt, quiq; apud illos cõgregantur, in [b] Digeſtis deſcriptas pœnas ſuſtineant: & domus, in quibus hoc delinquitur, ſanctæ eccleſiæ addicantur. SCHOLIVM. Conſt. 4. tit. 6. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 132. [*quæ*] poſita [*eſt*] in lib. 11. Baſil. tit. 1. cap. ult. [*ac*] uocatur Edictum, De fide, Conſtantinopolitanis: quæ [c] interdicta conuenticula & adulterata baptiſmata hæreticorum prohibet. Tradit autẽ, quæcunq; in textu comprehenſa ſunt.

b Pro διαλύσεων, malim διατάξεων, cõſtitutionibus, atque ita cum Nouella 132 cõgrueret.

c παρασυνάξεις καὶ παραβαπτίσματα.

QVOD NON CONVENIAT SANCTAS [OBLAtiones] *[d] benedictorum numerum nomine in [alias] [e] parochias mitti.* Cap. XVI.

d λόγῳ εὐλογιῶν.

e παροικίας.

COncilij Laodiceni canon 14.

NE CORPORIBVS DEFVNCTORVM [f] SACRAMENtum *euchariſtiæ detur.* Cap. XVII.

f κοινωνεῖν.

COncilij Carthaginenſis canon 18. Concilij ſexti canon 83.

QVOD NON CONVENIAT MVLIEREM IN DIEbus *purgationis ſuæ communicare.* Cap. XVIII.

DIonyſij ex epiſtola ad Baſiliden cap. 2. 4. Timothei canon 6. 7.

QVOMODO COMMVNICET, [g] CVI IN SOMNIS *ſemen fluxit.* Cap. XIX.

g ὀνειρωχθείς, quod uſitatius ὀνειρώττειν dicitur.

DIonyſij ex epiſtola ad Baſiliden caput 4. Timothei canon 12.

NE PRAESENTIBVS HAERETICIS PERAGATVR *oblatio.* Cap. XX.

TImothei archiepiſcopi Alexandrini canon 8.

QVANDO PROPTER COMMVNIONEM AB VXOre *abſtinere oporteat.* Cap. XXI.

DIonyſij ex epiſtola ad Baſiliden caput 3. Timothei canon 5. 13.

QVOMODO OBLATIO CELEBRETVR PRO EO *qui ſeipſum interfecit.* Cap. XXII.

TImothei canon 13. TEXTVS. Lex ciuilis eum qui ſibi mortem conſciuit, aut conſciſcere conatus eſt, [*idq;*] metu criminis, non autem propter morbum aut tædium uitæ, punit, ut qui alium interfecit, eiusq; bona confiſcat: quemadmodum lib. 48. tit. 21. & lib. 9. Cod. tit. 50. [*traditur.*] SCHOLIVM. Tit. 21. lib. 48. Dig. eſt cap. 3. & 4. tit. 53. lib. 60. Baſil. quæ eadem tradunt. Tit. 50. lib. 9. Cod. in Baſil. non eſt poſitus.

TITVLVS QVARTVS.

a κατηχουμένων.

De [a] imbuendis religione, & de ſacroſancto baptiſmate.

NEMINEM DVABVS SEPTIMANIS POST QVAdrageſimam ad baptiſmum ſuſcipi debere. Cap. I.

COncilij Laodiceni canon 45.

b ἱερουργούντων, quod Balſamō interpretatur κατηχοῦν τῶν ἀπίστων.

DE IIS [b] QVI INFIDELES RELIGIONEM docent. Cap. II.

COncilij Laodiceni canon 26.

QVOMODO BAPTIZANDVM SIT. Cap. III.

APoſtolorum canon 49.50. Concilij ſexti canon 50.59.

QVOD QVI [AD BAPTISMVM RECIPIENDVM] illuminantur, eos fidei [articulos] recitare oporteat. Cap. IIII.

c ἕλληνας. d ἐν τῷ ῥητῷ τῶν ἐν τῷ πατριαρχείῳ βιβλίων. e κατηχῶνται.

COncilij Laodiceni canon 46. 47. Concilij ſexti canon 78. TEXTVS. Conſtit. 10. tit. 8. lib. 1. Cod. iubet, ut [c] pagani, qui parui [*adhuc & pueri*] ſunt, citra dilationem baptizentur: qui uerò adoleuerint, priùs ſcripturas & ſacroſanctos canones doceantur. Sciendum eſt autem, nos non inuenire canonem, qui tale quippiam doceat. Verùm conſt 3. tit. 3. Nouellarum, quæ ſecunda eſt De Samaritanis, ac [d] in textu librorum in Patriarchico exiſtētium 133. ſancit, ne confeſtim Samaritani ad ſacroſanctum baptiſma recipiantur: ſed qui bonam doctrinam [*iam per ætatem*] percipere poſſunt, per biennium [e] in fide inſtituantur, atque tum baptizentur: omnino autem pueri, qui doctrinam intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſeruatione ſacro baptiſmate digni habeantur. SCHOLIVM. Conſt. 10. tit. 8. lib. 1 Cod. non eſt in Baſil. Conſtit. 3. tit. 3. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 144. poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil. 1. tit. 1. cap. 51. quæ etiam ſcribetur in fine cap. 7. tit. 4.

VT BAPTIZENTVR, QVI IGNORANT, an baptizati ſint. Cap. V.

COncilij Carthaginenſis canon 74. Concilij ſexti canon 84.

NE DEFVNCTI BAPTIZENTVR. Cap. VI.

COncilij Carthaginenſis canon 18.

f κατηχουμένων.

DE IIS QVI ANTE BAPTISMVM PECCANT, *& de [f] ijs qui dum fidei initijs imbuuntur, impingunt.* Cap. VII.

COncilij Nicæni canon 14. Concilij Ancyrani canon 12. Concilij Neocæſarienſis canon 5. Baſilij canon 20. Theophili ex Commonitorio canon 4. Cyrilli ex epiſtola ad Africæ & Pentapolis epiſcopos canon 4. TEXTVS. Conſt. 1. tit. 12. lib. 1. Cod. ait, quòd [*ſi*] Iudæus, ut crimen aut debitum euitet, Chriſtianus fieri uelit: ipſum ſuſcipi non oporteat, donec innocens appareat, uel debitum perſoluat. Conſt. uerò 10. tit. 11. uult, ut pagani baptizentur, ac eorum [*quidem*] liberi, ſi paruuli ſint, citra dilationem: ſi uerò adoleuerint, priùs canones

nones & ſcripturas doceantur. Verùm conſt. 3. tit. 3. Nouellarum, per bienniū adultos Samaritanos in fide inſtitui uult. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit. 12. lib. 1. Cod. eſt cap. 44. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod ita dicit, ut in textu declaratū eſt. Conſt. 10. tit. 11. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Verùm conſt. 3. tit. 3. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 144. [*quæ*] lib. 1. Baſil. tit. 1. cap. 51. poſita [*eſt, ac*] ſancit, ne Samaritani ex teſtamento, aut ab inteſtato, aut per donationem quicquam capiant, neque hæreticis teſtamento [*quicquam*] perſcribant aut donent. Samaritani tamen ruſtici [*& illi quidem*] ſoli, & ab inteſtato & ex teſtamento ſibi inuicem hæredes ſint. Ne [*item*] horum quiſpiam miles patronus'ue cauſarum fiat, aut aliud aliquod officium aſſumat. [*Vt deniq;*] qui eruditionis capaces ſunt, per biennium in fide inſtituantur: & inſuper quos Chriſtianos ſeruos emerint, liberi fiant.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI HAERETI- *corum baptiſmum ſuſcipiunt.* Cap. VIII.

APoſtolorum canon 46.

DE IIS QVI IN MORBO BAPTIZANTVR. Cap. IX.

COncilij Neocæſarienſis canon 12. Concilij Laodiceni canon 47. Concilij Carthaginenſis canon 45. Timothei canon 4.

DE PRAEGNANTE BAPTIZANDA. Cap. X.

COncilij Neocæſarienſis canon 6. TEXTVS. Quanquam in digeſto 1. tit. 4. lib. 25. Dig. dicatur, partum eſſe portionem prægnantis: in digeſto tamen 10. tit. 3. lib. 41. & lib. 50. tit. 16. digeſt. 26. quòd partus pars matris non ſit. Verùm alia etiam hac de [*re*] diuerſa iura in libro meo, [a] De in ſpeciem contrarijs, ſingulari collegi. SCHOLIVM. Digeſt. 1. tit. 4. lib. 25. Dig. eſt thema 2. cap. 1. tit. 7. lib. 31. quod ſic habet: Partus antequam edatur, mulieris portio eſt. Atq; idcirco donec editus ſit, non competit patri S. C. De liberis [*agnoſcendis.*] Dig. 10. tit. 3. lib. 41. Dig. eſt thema 3. cap. 10. lib. 50. Baſil. quod ſic dicit: Partum bouis aut ancillæ furtiuæ & furis hæres & [b] bonæ fidei emptor diuturna poſſeſsione [c] uſucapit. Partus enim [*rei*] furtiuæ pars non eſt. Dig. 26. tit. 16. lib. 50. Dig. eſt cap. 26. tit. 2. lib. 2. Baſil. quod ſic habet: Partus ancillæ furtiuæ ipſius pars nō eſt. Hæc [*igitur*] quum ita [*ſeſe*] habeant, quæret [*fortaſſe*] aliquis, quum 10. cap. præſentis tractatus de prægnanre baptizanda doceat, qua de cauſa Patriarcha dictorum cap. tanquam in ſpeciem contraria eſſe uideantur, mentionem fecerit. Dubium [*aliquando*] fuit, an prægnantem baptizari oporteret. [*Fuerunt*] enim qui dicerent, quoniam fœtus [*in*] maternis uiſceribus abſconditus, matri, tanquam omnino pars ipſius, counitus eſt: non poſſe [*ipſum unà*] cum illa illuminari, ideo quòd nondum in lucem prodierit, neq; ad aſſentiendum ſacroſancto baptiſmati uoluntatem habeat: nec [*ipſam*] prægnantem debere baptizari, ſed expectare [*oportere*] fœtus in lucem editionē, ut ne aliud ipſius membrum baptizetur, aliud non illuminatum maneat. &, quòd ſi fœtus [*unà*] cum prægnante baptizatus, poſtquam in lucem prodierit, baptizetur, inueniatur bis [*eſſe*] baptizatus, quod [*eſt*] inſolens. Ac idcirco Neocæſarienſe Conciliū in 6. canone ſoluit ambiguitatem, ita de prægnanre conſtituens, ut quando uelit, [*illam*] illuminari oporteat. Neque enim hac in re prægnans cum partu cōmunionem habet, eo quòd propria utriuſque ad aſſentiendum [*baptiſmati*] uoluntas oſtendatur. Quum igitur ſacer hic canon dicat, partum cum prægnante communicationem non habere: Patriarcha, qui præſens opus compoſuit, memoratas iam leges aliâs præter uim canonis partum portionem prægnanris

a περὶ ἐναντιοφανῶν.

b ἀγνοῶν.

c διανύσει.

eſſe, aliàs non eſſe, dicere inueniens, poſuit in textu in ſpeciem contraria, ſolutionem (ut conijcere eſt) in noſtram imperitiam ſuſpendens. Dicimus itaque dicta iura ſibi inuicem non aduerſari. Nam partus priuſquam edatur, matris ſemper portio eſt, ut lib. 31. cap. Atque eapropter non poteſt pater illum depoſcere, ut [a] ſuum. Atqui poſteaquam editus eſt, [rectè] ipſam depoſcit, utpote qui non [amplius] matris portio ſit. Et qui bona fide partum ancillæ furtiuę poſſidet, illum uſucapit, uti qui furtiuus non ſit. Verùm canon nō proptérea quòd fœtus non ſit pars prægnantis, permiſit illuminationem huius (eſt enim [omnino] ipſius pars ante partum) ſed quia prægnans cum fœtu communionem non habet, ſiue non exiſtimatur non illuminata, eo quòd fœtus baptiſmi profeſſionem ſuſcipere nequeat. Cæterùm quando ancillæ furtiuæ partus uſucapiatur, & quando non, diuerſæ tractāt leges. Quæras autem, quæ ſcripta ſunt ex 26. cap. tit. [b] 1. lib. 2. Baſil. ſuperiùs inſerto.

[a] ὑπεξούσιον.
[b] Superius eſt 2.

QVOD POST SACROSANCTVM BAPTISMA VNgi debeamus. Cap. XI.

COncilij Laodiceni canon 48.

DE CONFECTIONE SACRAE VNCTIONIS. Cap. XII.

COncilij Carthaginenſis canon 6.

DE IIS QVI BIS, AVT NON RITÈ BAPTIZANtur, & qui infirmos non baptizant. Cap. XIII.

APoſtolorum canon 47. 49. 50. TEXTVS. De ijs qui rebaptizant & rebaptizantur, tractant 1. & 2. conſt. [tit. 6.] lib. 1. Cod. quarūm illa epiſcopo deiectionem [à ſacerdotio]: hæc uerò [utriq;] & qui baptizauit, & qui baptizatus eſt, ſi tamen criminis per ætatem capax ſit, ultimum ſupplicium inducit. Scias uerò, quòd qui pubertati appropinquat, ei in nulla cauſa ſubueniatur: ut lib. 29. tit. 5. digeſt. 14. [traditur.] Eſt autem pubertas in maſculo decimuſquartus annus completus, in fœmina uerò duodecimus: ut lib. 28. tit. 1. digeſt. 5. & lib. Cod. 5. tit. 60. conſt. 3. [& lib.] Inſtit. 1. tit. 22. [docent.] Quod ſi aliquibus, donec puberes fiant, alimenta legata ſint: maſculus, donec decimumoctauum annum compleuerit: fœmina, donec decimumquartum, percipit: ut lib. 34. tit. 1. [digeſt. 14. habet.] Impubes falſum non committit: ut lib. 48. tit. 10. digeſt. 22. Adulterium poſt pubertatem committitur: ut digeſt. 36. tit. 5. eiuſdem 48. lib. Nouella 37. quę de eccleſijs Africanis tractat, ait, rebaptizatos militare quidem non poſſe, ſed tamen pœnitentiæ locū habere. SCHOLIVM. Conſt. 1. & 2. tit. 6. lib. 1. Cod. in Baſil. nō ſunt poſitæ. Dig. 14. tit. 5. lib. 29. Digeſt. eſt cap. 14. tit. 16. lib. 35. Baſil. quod ſic habet: Si impubes pubertati appropinquans, prope dominum dormierit, quum occideretur, neq; eam rem euulgarit, punitur. His enim impuberibus [S. C. duntaxat] parcit, qui [tantùm] ſub eodem tecto fuiſſent: non etiam miniſtris uel participibus [cædis], ſi modò rem intelligere potuerint. Nam talibus neq; in alijs cauſis ſubuenitur. Digeſt. 5. tit. 1. lib. 28. eſt thema ult. cap. 5. tit. 1. lib. 35. quod ſic narrat: Maſculus ubi compleuit quatuordecim annos, teſtamētum facit: fœmina uerò, ubi duodecim. Qui natus eſt Cal. Ianuar. uidetur complere annum ab hora ſexta noctis pridie Calend. Ianuar. ſubſequentis anni. Conſt. 3. tit. 60. lib. 5. Cod. eſt cap. 3. tit. 19. lib. 38. Baſil. quod ſic habet: Olim fœminarum pubertas ſolùm ex duodecim annis iudicabatur. Maſculorum uerò ex completo anno decimoquarto, ut tamen concurreret corporis habitus, quemadmodum in Inſtit. didiciſti. Conſt. itaque iubet, ut etiam in maſculis ex quatuordecim annis iudicetur, nulla in corporis habitum propter [rei] indecentiā inquiſitione habita. Tit. uerò 22. [lib.] 1. Inſtit. in Baſil. non eſt poſitus. Tit. 1. lib. 34. Dig.

84. Digeſt. poſitus eſt in lib. 44.tit.14. cuius 14. cap. quære, quod ſic habet: Si impuberibus alimenta legauero, neque pareat, quàm diu [*ipſos*] illa percipere uoluerim, donec uiuunt, percipiũt. Quòd ſi VSQVE AD PVBERTATEM dixerim, maſculus uſque ad decimumoctauum annum, fœmina [*uſq; ad*] decimumquartum percipit. Verùm in ſolis alimentis [a] pietatis intuitu ita pubertas definitur. Digeſt. 22. tit. 10. lib. 48. eſt cap. 22. tit. 41. lib. 60. Baſil. quod ſic tradit: Neq; in Libonianum S. C. neque in falſi crimen impubes incidit. Digeſt. 36. tit. 5. lib. 48. eſt cap. 40. tit. 37. lib 60. Baſil. quod dicit: Poſt pubertatem cõmittit minor annis adulterium, legiq; eſt obnoxius Nouella 37. poſita eſt in lib. 1 tit. 1. ca. 45. quod ſic habet: Hæreticus ne baptizato, neque rempublicam gubernato, neque qualecunque ciuile officium ſubito. Rebaptizatus ſola militia arcetor. Iudæus Chriſtianum mancipium ne habeto, &c. Atque hæc quidem docent capita [*illa*] de impuberibus, & rebaptizatis, aliter'ue peccantibus, interdum ignoſcentia, interdum non ignoſcentia. & cuiuſmodi ſit poſt pubertatem tempus. Tu uerò [b] altius repetito ſermone, impuberem ætatem trifariam diuidi dicas: in infantiam, [*quum*] impubes [*articulata*] uoce priuatus eſt, & iam trienniũ complet: in proximam infantiæ, [*quum*] uoci [*articulatæ*] appropinquat, & ſeptimum annum complet: ac [*deniq;*] in proximam pubertati, [*quum maturiori*] ætati appropinquat, atque doli capax eſt: [*quod de eo intelligitur*] qui à ſeptimo anno ad ipſum decimumquartum procedit. Atque impuberes quidem doli non capaces ob delictum non ſubeunt iudicium. Præter hos uerò [*alij,*] ſiue qui ſeptimum annum compleuere, tum rebaptizati iudicium ſubeunt, tum aliter delinquentes puniuntur: ſecundũ 14. cap. tit. 16. lib. 35. quod hîc etiam inſertum eſt. Secundum quòd ſanè caput interpretari etiam debes 22. cap. tit. 41. lib. 60. ac illũ impuberem in falſi crimen non incidere dicas, qui minor ſeptem annorum eſt. Quinetiam cap. 40. tit. 37. lib. 60. hũc ad modum interpretare. Quòd enim poſt pubertatem minor annis adulterij crimini obnoxius redditur, tale eſt, quòd uidelicet teneatur ille qui delinquit non modò in impubere ætate, uerumetiã poſtmodum. Illud porrò de alimentis eſt [c] à lege propter ſummam alimentorũ neceſsitatem [*introductum,*] quemadmodum etiam ipſum 14. cap. 14. tit. 44. lib. dicit, quod etiam [d] huic tit. inſertum eſt. Veruntamen ſcias, quòd tales impuberes non ut adulti, ſed moderatè puniuntur. Quæras uerò lib. 45. tit 16. cap. 1. thema ult. & lib. 60. tit. 50. cap. 15. thema 2. & lib. 2. tit. 3. cap. 108.

a φιλαγάθως.
b ἀναγαγών.
c Pro νοίτερ, legoῖνων.
d αὐτῷ.

QVINAM HAERETICORVM AD [e] ORTHODOXAM *fidem tranſeuntes baptizentur, & quinam tantummodo ungantur.* Cap. XIIII.

e ὀρθοδοξίαν.

Concilij Nicæni canon 19. Concilij Laodiceni canõ 7. 8. Concilij Conſtantinopolitani canon 7. Concilij ſexti canon 95. Concilij Nicæni ſecundi canon 18. Baſilij canon 47.

QVOMODO [f] DAEMONE OBSESSVS, AVT IN *morbo mente captus, baptizetur.* Cap. XV.

f δαιμονιζόμενον.

Timothei canon 2. 4.

QVOD NON CONVENIAT MVLIEREM TEMPO*re purgationis ſuæ baptizari.* Cap XVI.

Timothei canon 6.

SI QVI IN FIDE INSTITVITVR, ANTE BA*ptiſmum communicauerit.* Cap. XVII.

Timothei canon 1.

TITVLVS QVINTVS.

a συνάξεων.

De iis qui eccleſias, [a] coetus, atque memorias contemnunt, & qui in eccleſia comedunt. &, de [b] conuiuijs pauperibus exhibendis.

b ἀγαπῶν.

DE HIS QVI DOCENT, DOMVM DEI, COETVS, *&, memorias [res] contemptibiles [eſſe.]* Cap. I.

CONcilij Gangrenſis canon 5.19. Concilij ſexti canon 76.83.97.

NE PAVPERIBVS IN ECCLESIIS CONVIVIA *exhibeantur, neq; in ijs comedatur.* Cap. II.

CONcilij Laodiceni canon 28. Concilij Carthaginenſis canon 42. Concilij ſexti canon 74.76.97. TEXTVS. Et conſt. [c] 3. tit. 12. lib. 1. Cod. uetat, ne qui ad templa confugiunt in ijs edant aut dormiant: ſed ſecurè in ueſtibulis, atrijs, porticibus balneis, & hortis degant. SCHOLIVM. Conſtit. 3. tit. 12. lib. 1. Cod. eſt lib. 5. Baſil tit. 1. cap. 11. quod ſic habet: Qui ad eccleſiam confugiunt, uſque ad eius terminos, qui ante publicum forum ſunt, ſecuritatem habento. Interioribus balneis, hortis, domibus, atrijs, aut porticibus utuntor. Intra templum aut edere aut dormire uetantor. Ne ſe armis muniunto: ſed illa apud epiſcopum deponunto: & ni quamprimum pareant, mox iuſſu epiſcopi & magiſtratuum eijciuntor.

c Hæc conſtit. in lib. noſtris non eſt, ſed in Theodoſiano Cod. reperitur.

DE HIS QVI CONTEMNVNT PASTIONES PAVperum. *&, Quòd non conueniat ad eas [uocatos] partem ſumere.* Cap. III.

CONcilij Gangrenſis canon 11. Concilij Laodiceni canon 27.

TITVLVS SEXTVS.

DE FRVCTVVM OBLATIONIBVS. *Caput* I.

APOSTOLORVM canon 3.4.54.71. Concilij ſexti canon 28.57.79.99. Cyrilli ex epiſtola ad Domnum canon 2. TEXTVS. Conſt 38. tit. 3. lib 1. Cod. ait, quòd non conueniat epiſcopos aut clericos cogere aliquos, ut fructus offerant, aut angarias præſtent, uel propterea excommunicare, uel anathemate ferire, uel [d] euchariſtiæ ſacramentum non porrigere, uel non baptizare: tametſi conſuetudine id inualuerit. Tranſgreſſorem autem ab eccleſia, eiusq; adminiſtratione excidere, ac decem libras dare. Atq; hæc quidem in ſola [e] regia [urbe] eiusq; [f] territorio, & locis aut ad metropolitanos quia patriarcha ordinantur, aut ad epiſcopos qui ab hiſce [metropolitanis] creantur, pertinentibus obtinere. Lege quæ annotata ſunt in cap. 1. tit. 2. huius Operis, de oblationibus, & ijs quæ donantur aut relinquuntur uenerabilibus domibus. SCHOLIVM. Conſt. 38. tit. 3. lib. 1. Cod. in Baſil. non eſt poſita.

d κοινωνίαν.

e βασιλευούσῃ.

f ἐνορίᾳ.

QVOS-

QVOSNAM OPORTEAT ACCIPERE, AVT DARE *fructuum oblationes. &, De iis qui ex eccleſia ceram aut oleum ſurripiunt.* Cap. II.

APoſtolorum canon 72. Concilij Gangrenſis canon 7.8. Theophili ex Cōmonitorio canon 7.

DE IIS QVI OFFERVNT SYNAGOGIS, AVT *templis gentium.* Cap. III.

APoſtolorum canon 71.72. TEXTVS. Conſt. 1. tit. 9. lib. 1. Cod. ait, quod legatur uniuerſitati Iudæorū non peti. Et conſt 9. tit. 11. eiuſdem lib. quòd ſi quid donetur aut relinquatur ad conſtituendum [a] paganiſmum, id ciuitas capiat. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit. 9. lib. 1. Cod. in Baſil. non eſt poſita. Sed conſt. 9. tit. 11. lib. 1. Cod. eſt lib. 1. Baſil. tit. 1. cap. 14. quod ſic habet, ut in textu ſub compendio propoſitum eſt.

a ἑλληνισμῷ.

TITVLVS SEPTIMVS.

De ieiunio, quadrageſima, Paſchate, Pentecoſte, Dominico die, Sabbato, & geniculatione.

DE IEIVNIO, ET IIS QVAE IN QVADRAGESI*ma ieiuniorum uetita aut permiſſa ſunt.* Cap. I.

APoſtolorum canon 66.69. Concilij Gangrenſis canon 18.19. Concilij Laodiceni canon 49.50.51.52. Concilij ſexti canō 29.52.55.56.89. Petri canon 15. TEXTVS. Conſt. [a] 5. tit. 12. lib. 3. Cod. ait, quòd quadraginta diebus Paſcha anticipantibus, omnis cognitio criminaliū quęſtionū ceſſet. Et conſt. [b] 6. quòd [c] feriati [*dies*] ſint, qui ſepteno numero Paſcha uel pręcedunt uel ſequuntur: [*dies*] etiam natalis CHRISTI, atque theophania, [*dies*] paſsionis Apoſtolorū, & [*dies*] Dominicus: neque iſtis diebus ſpectacula exhibeantur, neque iudiciū dictetur: & quindecim paſchalibus diebus ne debitum quidem ſiue priuatū ſiue publicū exigatur. Conſt. uerò [d] 7. in quindecim [*iſtis*] diebus manumiſsiones ac emancipationes fieri, & ſuper illis acta conſici permittit. Ac conſt [e] 8 dicit, quòd in quadrageſima & Paſchali die de latronibus, & maximè Iſauris, quæſtio habeatur quò conſcios prodant. Conſt. porrò 3. tit. 4 lib. 1. Cod. ait, quòd diebus paſchalib. nemo includatur aut itinciatur, pręterquā adulter, maleficus, uirginū raptor, ſepulchrorū uiolator, ueneficus, monetæ adulterator, homicida. parricida, & [f] reus maieſtatis. Atque hos quidē ſemper [g] cōprehendi, reliquis uerò ſemel duntaxat ignoſci. SCHOLIVM. Conſt. 5. tit. 12. lib. 3. Cod. eſt cap. 22. tit. 17. lib. 7. Baſil. Conſt 6 eiuſdem tit. eſt cap. eiuſdē lib. & tit. 23. Conſt. 7. eſt cap. 24. eiuſdem lib. & tit. Conſt. 8. eſt cap. 25. eiuſdē lib. & tit. quod in textu comprehenſa dicit. Conſt 3. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 26. tit. 17. lib. 7. Baſil. quod ita ferè habet, quemadmodū à Patriarcha in compendium eſt contractum. Cæterùm ſi quo'nam die iudicia ceſſent, exactè diſcere uelis: lege adorandā illam diuinitus coronati, optimi [*maximi*], ac ſancti noſtri Imperatoris, Dn. Manuelis Comneni nouellam, menſe Martio, indictione 14. anno à CHRISTO paſſo 674 emiſſam, atque hæc poſt procemiū cōplectentem: Sancimus igitur, ut illi dies feriati ſint, quos in præſenti conſtitutione nominatim enumerabimus. Quorū alij omnino toti feriati ſint, ut nullo modo ulla ipſorum parte cōſtitui iudiciū poſsit, extra quàm ſi fortè Imperator [h] diſpenſationis modo, aut [*propter*] neceſsitatem (ut multa ſæpenumero rerum uiciſsitudo nouiter introducit) in illis etiam iudiciū conſtituere uelit: alij uerò ex parte à iudi-

a In lib. noſtris 6.
b In lib. noſtris 7.
c ἄπρακτοι.
d In noſtris 8.
e In noſtris 9.
f τυραννος.
g Pro ἀπολαμβάνεσθαι, lego ἀπολαμβάνονται.
h οἰκονομίας τρόπῳ, ἢ ἀνάγκῃ.

ciijs ceſſent, à mane uidelicet uſq; ad ipſum diuini miniſterij tempus, ut iu dicib. precationibus atq; glorificando Deo uacare liceat, ac [*deinde*] poſt diuinum ſacrificium iuſticiæ operam nauēt, ſecúndumq; legum uim iniuriā paſsis auxiliū ferant. Verùm enimuero quib. ita poſt diuinū miniſteriū iudicare permiſſum eſt, in conficiendis à ſe [a] inſtrumentis, temporis quo illa confecta ſunt, mentionem facient. Ac primùm quidem de omnino feriatis eſt agendum.

Natalis itaq; dies puriſsimæ Dominæ ac Dei genitricis, qui eſt octauo Septembris, feriatus eſt.

Item decimuſquartus, qui propter exaltationem uiuificæ crucis honoratur.

Item uigeſimusſextus, propter apoſtoli & euangeliſtę Ioānis Theologi [b] tranſmutationem.

Item ſextus Octobris, quòd tum memoria ſancti Thomæ apoſtoli celebretur.

Item nonus, in honorem Iacobi Alphæi apoſtoli.

Item decimus, in honorem Lucæ apoſtoli & euangeliſtæ.

Item decimustertius Nouembris, quòd tum memoria patris CHRISTI celebretur.

Item decimuſquartus, quòd tum Philippus apoſtolus feſtiuiter honoretur.

Item decimuſſextus, quòd [*tum*] Matthęus euangeliſta & Apoſtolus honoreť.

Item uigeſimuſprimus, quòd tum Dei Genitricis in templum introitus celebretur.

Item trigeſimus, quòd tum Andreas apoſtolus feſtiuiter honoretur.

Item nonus Decembris: quippe quia tunc Genitricis Dei noſtri conceptio celebretur.

Item uigeſimus, [c] uſq; ad ipſum ſextum Ianuarij, utpote quòd diebus illis natalitia & [d] baptiſmus Domini & Dei & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI celebrentur.

Item eiuſdem Ianuarij duodeuigeſimus, diuinorum patrum & doctorum Athanaſij & Cyrilli gratia.

Item eiuſdem menſis uigeſimuſquintus propter memoriam magni patris Gregorij Theologi.

Item ſecundus Februarij, [e] quòd tum Seruatori obuiam itum ſit.

Item tertius, celebrandæ memoriæ Simeonis Deiſuſceptoris cauſa.

Item uigeſimuſquintus Martij, boni nuncij ergò ad Dei Genitricem [*delati.*]

Item dies Paſchales ab ipſa Lazari reſurrectione, [f] uſq; ad ipſum poſt ſacrum Paſcha octauum.

Item decimuſquintus Aprilis, in honorem apoſtoli & euangeliſtæ Marci.

Item trigeſimus, in honorem fratris Theologi & euangeliſtæ, Iacobi apoſtoli.

Item octauus Maij, ob memoriam euangeliſtæ Iohannis Theologi.

Item decimus, propter [*memoriam*] Simonis Zelotæ apoſtoli.

Item uigeſimuſprimus, propter memoriam ſanctorum ac [g] Apoſtolis ęqualiū, magnorum Imperatorum, Conſtantini & Helenæ.

Item uigeſimuſſextus, propter [*memoriam*] apoſtoli Alphæi Iudæ.

Item undecimus Iunij, in honorem Bartholomæi apoſtoli.

Item undeuigeſimus in honorem apoſtoli Iudæ, qui & Thaddæus & Lebæus & Iacobus [*nominatur.*]

Item uigeſimuſquartus, propter Præcurſoris natalitium.

Item undetrigeſimus, ꝑpter principū apoſtolorū Petri & Pauli celebrationē.

Item trigeſimus, propter duodecim [*Apoſtolorum celebrationem.*]

Item uigeſimuſquintus Iulij, propter ſanctæ Annæ, matris Dei Genitricis, obdormitionem.

Itē ſextus Auguſti, ꝑpter Seruatoris noſtri IESV CHRISTI transformationē.

Item nonus, propter memoriam ſancti Mathiæ apoſtoli.

Item

a σημαινόμενοι.

b Neſcias μετάγνωσιν ne, an uerò μετανάστασιν, id eſt, exilium, legere debeas.

c μέχρι καὶ αὐτῆς.

d Primum ſcriptum fuiſſe puto περιτομῆς, circunciſio.

e Διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ὑπαπαντήν.

f μέχρι καὶ εἰς αὐτήν.

g ἰσαποστόλων

Item decimuſquintus, propter glorioſam ſanctę Dei Genitricis [a] emigrationē. *a μετάστασιν.*
Item uigeſimus propter memoriam ſancti Thaddæi apoſtoli.
Item uigeſimuſquartus, propter Bartholomæi apoſtoli [*memoriam*].
Item undetrigeſimus, propter uenerabilis Præcurſoris decollationem.
Hiſce omnino feriatis [*diebus*] connumerabuntur medietates quadrageſimalis ieiunij & Pentecoſtę, [*tum*] etiam Seruatoris aſſumptio, & omnes, totius anni Dominici dies, ut in illis omnis in iudicium aditus præcludatur, ac nemo iudicum iudiciale quiddam faciat. Sanè uerò qui [*dies*] ex parte iudicijs ſiſtent, neq; toti (uti antea diximus) feriati erunt, hi ſunto:
Menſis Septembris ſextus: quoniam tunc per infundibula ſummi ducis Michaelis miraculum prodigioſè peragitur.
Item uigeſimustertius Octobris, quoniam memoriam fratris Dei Iacobi celebramus.
Item uigeſimuſſextus: quia magnum illum martyrem & unguento ſcaturientem feſtiuiter ueneramur, Demetrium.
Item primus Nouembris: quòd miraculoſi illi pauperes, Coſmas & Damianus feſtiuè colantur.
Item octauus, quòd [b] conuentus defunctorum celebretur. *b τὴν σύναξιν τῶν ἀσωμάτων.*
Item duodetrigeſimus, quòd ſanctus Stephanus martyr [c] iunior celebretur. *c τὸν νέον.*
Item quartus Decembris, in honorem egregiæ martyris Barbaræ.
Item ſextus, in honorem miraculis celebris unguentoq; ſcaturientis Nicolai.
Item decimus Ianuarij, in honorem diuini Gregorij Nyſſæi.
Item decimuſſextus, propter adorationem uenerabilium principis Apoſtolorum Petri uinculorum.
Item decimuſnonus, propter [d] recuperationem uenerabilis defuncti Gregorij Theologi. *d ἀνακομιδήν.*
Item uigeſimuſſeptimus, propter recuperationem uenerandarum reliquiarum CHRISTI.
Item ſeptimus Februarij, in honorem magnifici martyris, ducis exercitus, Theodori.
Item decimuſſeptimus, in honorem pręmijs decorati Theodori [e] tironis. *e Græcè τήρωνα, quod in ea lingua nihil ſignificat. Sic autem reddi debere, ex proximo præcedenti coniecturam capio.*
Item nonus Martij, nempe quòd [*tum*] ſanctorum quadraginta CHRISTI martyrum memoria celebretur.
Item uigeſimuſtertius Aprilis, quippe quia [*tum*] magnificus martyr Georgius honoretur.
Item ſecundus Maij, in honorem magni Athanaſij.
Item octauus Iunij, in honorem magnifici martyris Theodori, exercitus ducis.
Item nonus, in honorem ſancti patris noſtri Cyrilli Alexandrini.
Item uigeſimuſſeptimus, in honorem ſancti & miraculoſi Sampſonis.
Item primus Iulij, quia tum ſanctorum & miraculoſorum pauperum illorum memoriam colimus.
Item ſecundus, quia depoſitionem precioſæ ueſtis Dei Genitricis recolimus.
Item octauus, quia magnificum martyrem Procopium feſtiuiter honoramus.
Item undecimus, quia eximiam martyrem Euphemiam concelebramus.
Item uigeſimus, quia prophetam [f] Heliam honoramus. *f In Græcis eſt ἐλεὴν, corruptè, ni fallor.*
Item uigeſimuſſeptimus, quoniam pręmijs decoratum & miraculoſum Panteleemonem feſtiuè colimus.
Item trigeſimuſprimus Auguſti, propter precioſi cinguli immaculatę Dei Genitricis depoſitionem.
Atq; hi [*quidem dies ſunt*], qui quodammodo feriati, & quodammodo nō feriati ſunt. Quib. uerò [*diebus*] propter natiuitatē [g] aut creationē Principis feriamur, *g ἀναγόρευσιν.*

hos Imperatoria mea Maieſtas inter non feriatos collocat: ac præſentem ſanctionem à ſe inchoans, ijſdem ipſamet reliquis in exemplum [*quippiam*] peractura eſt. Non perinde enim præſentis conſtitutionis ſermo [*quantumuis*] in illum attentis, atque Imperatoriæ Maieſtatis meæ actio perſuadeat. Mea itaque Imperatoria Maieſtas, quibus diebus tum in hãc uitam producta, tum diuina prouidẽtia in Imperatorẽ deſignata eſt, ne [*illi*] feriati ſint, neq; ullas inducias in illis iudicia habeant, ſancit. Sanè præter ſuprà deſcriptos anni dies, omnes [*alij*] faſti erũt, & in illis iudicia, iudiciarijsq; ſentẽtijs cõſentaneæ executiones exercebuntur. Perſuaſum autem habemus, Deo etiam hanc Imperatoriæ meæ Maieſtatis ſanctionem fore gratam. Quum enim Phariſæos [a] execraretur Dominus, [*neglectum ab ipſis*] miſericordiæ iudicium [b] ante omnia cauſatus eſt.

NE PVERPERA, NEQVE QVI PER MORBVM *non poſſit, Paſcha ieiunare cogatur.* Cap. II.

TImothei canon 8.10.

DE DIE ATQVE TEMPORE PASCHALI, ET *Theophanijs.* Cap. III.

APoſtorum canon 7. Concilij Antiocheni canon 1. Concilij Carthaginenſis canon 73. Concilij ſexti canon 69.80. Dionyſij ex epiſtola ad Baſiliden canon 1. Theophili ex [c] compellatione de Theophanijs.

DOMINICO DIE SPECTACVLA EDI, AVT DOMINI*co die uel Pentecoſtes diebus genua flecti non debere. &, Quoad [eius] fieri poteſt, Dominico die ab operibus uacandum eſſe, non item Sabbato. &, Sabbati die ſcripturas legi oportere.* Cap. IIII.

COncilij Nicæni canon 20. Concilij Laodiceni canon 29. Concilij Carthaginenſis canon 61. Concilij ſexti canon 19.66.90. Petri canon 15. Theophili ex compellatione de theophanijs. TEXTVS. Conſt. [d] 6. tit. 12. lib. 3. Cod. Dominicum diem feriatum eſſe, dicit. Et conſt. [e] 9. eiuſdem tit. eadem [*die*] neminem [*debiti*] admoneri, aut [*à quoquam*] fideiuſsiones, debitum'ue uel publicum uel priuatum exigi: neque in iudicio agi: neq; ſcenicum ſpectaculum aut [f] arenariam uenationem, aut [g] circenſe certamẽ celebrari. Quin & ſi natalis Imperatoris in Dominicum diem incidat, ſpectacula differri. Qui ſpectaculis Dominico [*die*] interfuerit, & qui apparitor legem tranſgreſſus ſit, eum militia priuari, eiusq; patrimonium proſcribi. Licere tamen eo [*die*] paciſci & tranſigere. Dictum eſt autem lib. 1. tit. 9. conſt. [h] 2. [*&*] 13. quòd Iudæi die ſabbato, alijsq; ipſorum feſtis diebus neq; [i] corporale munus obeunt, neq; quicquam faciunt, neque propter publicam priuatam'ue cauſam in ius uocantur, aut [*ipſi*] Chriſtianos in ius uocant. SCHOLIVM. Conſt. 6. tit. 12. lib. 3. Cod. & conſt. 9. eiuſdẽ lib. & tit. ſunt cap. ult. tit. 17. lib. 7. Baſil. quod ſic propè habet, ut in [k] textu cõprehẽſum eſt. Veruntamen [l] ipſæ conſtitutiones diei Dominici duntaxat mẽtionem faciunt: Baſilicum uerò, uti omnis dies diuinæ maieſtati aſsignatus, ſimiliter honoretur, ſtatuit. Ac addit [*etiam*], ut apparitores, aduocati, atq; præcones taceant, & licitè quæcunq; [m] pacta conciliatiua ineantur, [*idq;*] non ſolùm per forenſia ſcripta, uerumetiã per acta iudicialia. [n] Νατάλια autẽ ſunt Imperatorum natalitia, eorumq; deſignatio. Conſt. 2. tit. 9. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſt. uerò 13. eiuſdem lib. & tit. eſt lib. Baſil. 1. tit. 1. cap. 38. quod habet, ut in Textu ſcriptum eſt.

a ταλανίζων.
b προτάξει.
c προσφωνήσεως.
d In lib. noſtris 7.
e In noſtris 10.
f κυνήγιον.
g ἱπποδρόμιον.
h In lib. 2. nihil iſtiuſmodi habemus: & 11. in lib. noſtris eſt 12.
i σωματικῶς λειτουργοῦσιν.
k αὐτοῖς.
l τὸ πλάτος.
m συναλλαγματικὰ σύμφωνα.
n Ridicula hæc uox ignoratione linguæ Latinæ malè et expreſſa, & ad aliam ſignificationem protracta eſt.

QVAE

QVAE SIT CAVSA GENICVLATIONIS. ET, NE *genuflectantur [die] Dominico, aut diebus Pentecoſtes. &, Quare uerſus orientem ſpectantes precemur.* *Cap.* V.

BAſilij ex cap. 27. eorum quæ ad Amphilochium, de Spiritu ſancto ſcripta ſunt.

TITVLVS OCTAVVS.

De [a] parochiis. &, quomodo epiſcopi & clerici uiuere debeant. &, de peregrinatione ipſorum: de Concilijs quotannis habendis, & doctrina, & hoſpitalitate, & commendaticijs pacificisq́ue literis. &, quales res, ſiue priuatas, ſiue publicas, gerant. &, quomodo clerici ſe inuicem honorent.

[a] παροικιῶν.

DE PAROCHIIS. ET, DE NOVATIONIBVS, QVAE *per Imperatorias formas fiunt.* *Cap.* I.

CONCILII Chalcedonenſis canon 17. Concilij Carthaginenſis canon 58.61.76. Concilij ſexti canon 25.36.37.38.39. TEXTVS. Conſt. 6.tit.2.lib.1.Cod.ait, quòd quæ canonicæ dubietates per uniuerſum Illyricum emergunt, eas non abſque ſcientia antiſtitis urbis Conſtantinopolitanæ (quæ ueteris Romæ prærogatiuas habet) eiusq́ue [*ſacerdotales*] conuentus oporteat decidi. Conſt. uerò [b] 16.tit.2.lib.1. Cod. abrogat, quæcunque tempore tyrãnidis aduerſus Zenonem [*institutæ*], in præiudicium ſacerdotum eccleſiaſtici'ue ſtatus, contra anteriorum Principum ſanctiones facta ſunt, & quæ antea obtinuiſſent renouat, ac Conſtantinopolitanum [c] ante alios reſidendi ius habere dicit. Conſt. 35.tit.3.lib.1. Vnaquæque, inquit, ciuitas propriũ epiſcopum habeto. Et ſi quis uel per diuinum reſcriptum ciuitatem [*aliquam*] aut ſuo epiſcopo, aut territorio, aut alio quopiam iure priuare audeat: exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomenſium Scythiæ ciuitas. Illius enim epiſcopus reliquarum etiam [*ciuitatum*] curam gerit. [*Tum*] etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt epiſcopo Iſauropolitano. Quòd porrò Conſtantinopolis priuilegia ueteris Romæ habeat, dicit̃ lib.11. Cod. tit. [d] 21. conſt. unica. Conſt. uerò 1. tit.17.lib.1. Cod. ipſam [*etiam*] Romam nominari dicit. SCHOLIVM. Conſt.6.tit.2.lib.1.Cod. eſt cap.6.tit.1. lib.5. Baſil. quod habet, ut propoſitũ eſt. Quòd uerò Conſtantinopolitanus prærogatiuas ueteris Romæ habeat, in Baſil. non eſt additum. Conſt.16.tit.2 lib.1. Cod. in Baſil. non eſt poſita. Conſtit.35. tit.3.lib.1. Cod. eſt cap.3. tit.1. lib. 3. Baſil. quod habet, ut in textu compendioſè poſitum eſt: præter quàm [*quòd non habeat,*] Conſtantinopolitanum prærogatiuas ueteris Romæ habere. Conſtit.1.tit.21.lib. 11. Cod. eſt tit.1.lib.5. Baſil. cap.6. quod ſic ait: Vrbs Conſtantinopolitana nõ ſolùm iuris Italici, ſed etiam ipſius Romæ prærogatiua fruitor. Conſt. uerò 1 tit.17.lib.1. Cod. eſt cap.20. tit.6. lib.2. Baſil. quod ſic ait: Omnis ciuitas cõſuetudinem Romæ ſequi debet. Cæterùm cuiuſmodi ſint priuilegia ſanctæ eccleſiæ ueteris Romæ, euidenter tradit nobis ſcriptum illud oraculum ab Apoſtolis æquali ſancto Conſtantino Magno ad ſanctum Syluestrum eo tempore Papam Romanum emiſſum, quod in hunc habet modum.

[b] In lib. noſtris 25.

[c] τῶν ἄλλων προεδρίαν.

[d] In lib. noſtris 20.

Cum omnibus ſatrapis noſtris, cum uniuerſo ſenatu. cum præfectis, deniq́ue	Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν σατραπῶν ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν ἀρχόντων

ἀρχόντων, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ ὑπὸ τῆς ἐξουσίαν τῆς ῥωμαϊκῆς δόξης, ἵνα ὡς ὁ ἅγιος πέτρος ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ δοκεῖ εἰς τὴν γῆν, οὕτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ διάδοχοι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἀρχικὴν ἐξουσίαν εἰς τὴν γῆν ἔχωσι, πλέον παρὸ ἔχει ἡ βασιλεία τῆς δόξης ἡμῶν· καὶ τοῦτο παρεχωρήθη ἀφ' ἡμῶν καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν· καὶ θέλομεν ἡμεῖς αὐτὸν τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ ἐκ προσώπου αὐτοῦ, πρώτους πρὸς τὸν θεὸν πατέρας εἶναι καὶ δεφένσωρας. καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίαν, καὶ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸν γήϊνον θρόνον, τὴν ἁγίαν καθέδραν τοῦ ἁγίου πέτρου, δοξάζεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι· διδόντες αὐτῇ δύναμιν καὶ δόξης ἀξίωμα. καὶ διακρίνοντες θεσπίζομεν, ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν ἀρχικὴν, καὶ εἶναι ταύτην κεφαλὴν τῶν τεσσάρων θρόνων, ἤτοι τοῦ θρόνου τῆς ἀλεξανδρείας, τῆς ἀντιοχείας, τῶν ἱεροσολύμων, καὶ τῆς κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἁπλῶς εἰς ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἁπάσης τῆς οἰκουμένης. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ὁ μέλλων εἶναι εἰς τὴν ἁγίαν τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίαν, ὀφείλει εἶναι ἐνδοξότερος καὶ ὑψηλότερος παρὰ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ κόσμου. καὶ εἴ τι δεῖ πρὸς θεραπείαν τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς διόρθωσιν καὶ στερέωσιν τῆς πίστεως τῶν χριστιανῶν, ἵνα κρίνηται παρ' αὐτοῦ. δίκαιον γάρ ἐστιν, ἵνα ἐκεῖσε ὁ ἅγιος νόμος ἔχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀρχὴν, ὅπου ὁ ἅγιος νομοθέτης, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, τὸν μακάριον ἀπόστολον πέτρον ἐκέλευσε κρατεῖν τὴν καθέδραν, καὶ ὅπου τὸ πάθος τοῦ σταυροῦ ἔπαθε, καὶ μακαρίου θανάτου ποτήριον ἔπιε, καὶ ἐγένετο ἀκόλουθος τοῦ μαΐστορος καὶ κυρίου αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ τὰ ἔθνη ἵνα κλίνωσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, διὰ τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ, ὅπου ὁ διδάσκαλος αὐτῶν ὁ μακάριος ἀπόστολος παῦλος, διὰ τὸν χριστὸν ἐκτείνας τὸν τράχηλον, στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἐδέξατο· καὶ ἕως τὸ τέλος τοῦ κόσμου, ἵνα ἀναζητῶσι τὸν διδάσκαλον, ὅπου τὰ τῶν ἁγίων λείψανα ἀναπαύονται· καὶ ἐκεῖ ὕπτιοι καὶ εἰς τὴν γῆν ἡπλωμένοι, τοῦ οὐρανίου βασιλέως καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δουλεύωμεν ὀφφίκια, ὅπου ἐδουλεύσαμεν τῷ ὑπερηφάνῳ ἐκείνῳ βασιλεῖ. παραδίδαμεν οὖν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τοῖς μακαρίοις κυρίοις μου, τῷ πέτρῳ καὶ παύλῳ. καὶ μετ' αὐτοὺς τῷ μακαρίῳ σιλβέστρῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πό-

cum omni populo poteſtati Romanæ Maieſtatis ſubdito, conueniens eſſe iudicauimus, ut quemadmodũ ſanctus Petrus ex perſona filij Dei [*eccleſiæ caput*] eſt in terris: ita etiam epiſcopi, qui ſucceſſores ſunt principis Apoſtolorũ, primariam in terris poteſtatẽ habeant: [*& quidem*] amplius quàm noſtra Imperatoria Maieſtas habeat. Atq; id [*quidem*] conceſſum eſt à nobis, Auguſtaq; noſtra coniuge: ac uolumus, ut ipſe princeps Apoſtolorum, eiusq; ſucceſſores, ex ipſius perſona primi apud Deum patres ſint, atq; defenſores. Et quẽadmodũ Imperatoriæ noſtræ Maieſtatis poteſtas colitur et honorat̃: ita ſancimus, ut & ſancta Romanorũ eccleſia colatur & honoretur: atq; ſuprà q̃ Imperatoria noſtra Maieſtas, terrenumq; ſolium, ſancta ſedes ſancti Petri laudib. cumuletur atq; exalteť. [*Ac*] data [*iam*] ipſi poteſtatẽ, Maieſtatisq; dignitate, confirmato [*deinde*] iudicio ſancimus, ut primariã illã habeat poteſtatẽ, atq; caput ſit quatuor ſoliorũ, Alexandrini uidelicet, Antiocheni, Hieroſolymitani, & Cõſtantinopolitani: ac [*uerò*] breuiter omniũ eccleſiarũ uniuerſi terrarũ orbis. [*Vt*] etiã qui ſanctę Romanorũ eccleſiæ epiſcopus futurus eſt, glorioſus eſſe debeat, & ſupra oẽs [*totius*] mũdi ſacerdotes excellus. Vt [*poſtremò*,] ſi qd ad cultũ Dei, Chriſtianamq; fidẽ inſtaurandã ac cõſtabiliendã pertineat, [*id*] ab ipſo dijudicetur. Aequũ enim eſt, ut illic ſacra lex originẽ & initiũ ſumat, ubi ſacroſanctus legiſlator Seruator noſter IESVS CHRISTVS beatũ apoſtolũ Petrũ ſedẽ obtinere iuſsit, crucis afflictionẽ ſuſtinuit, beateq; mortis calicẽ bibit: & ubi [*ille*] etiã imitator magiſtri atq; dñi ſui factus eſt. Vt [*item*] illic inclinent gẽtes capita ſua propter cõfeſſionẽ nominis CHRISTI, ubi illarũ doctor beatus apoſtolus Paulus extenſo ꝓpter CHRISTVM collo martyrij corona accepit: ut [*inſuper*] uſq; ad finẽ mũdi [*illæ*] doctorẽ quęrãt, ubi ſanctorũ eius reliquiæ quieſcũt. [*Ad extremũ uerò, ut*] q̃ loco ſuperbo illi Regi ſeruiuimus, eodẽ ſupini ac in terrã expãſi cœleſtis Regis & Dei & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI officijs deſeruiamus. Tradimus itaq; ipſis ſanctis Apoſtolis, beatis dñis meis Petro & Paulo, ac poſt illos beato Syluestro, patri noſtro, magno epiſcopo, & catholico Papæ ur-

bis

bis Romæ, omnibusq́ ſucceſſoribus eius, qui ab hodierno [die] uſq; ad finē mundi in ſolio beati Petri prę́ſidebūt, Imperatoriū noſtrū palatiū Lateranēſe, quod ſuperat atq; uincit totius mūdi palatia: præterea etiā diadema, ſiue coronā capitis noſtri: tum lorū quoq; & humerale, quod Imperatoriæ Maieſtatis collū cingit: ſimul etiā purpureā chlamydē, et tunicā coccineā, omniaq; Imperatoria indumēta, necnon Imperatoriorū iumētorū inſignia: ſimiliter etiā Imperatoria ſceptra, omnia ſigna, banta, reliquaq; Imperatorię Maieſtatis ornamenta, & potentiæ noſtrę gloriā. Inſuper ſancimus, ut uiri religioſiſſ. clerici multorū ordinū, qui eidem ſanctæ Romanæ eccleſiæ deſeruiunt, ornētur & habeant illam ſublimitatē & magnificētiā, qua ornatus eſt magnus noſter Senatus, Patricij nempe, & Cōſules, & reliquæ dignitates. Et [*quemadmodū*] Imperialis exercitus ornatus eſt: ita ſancimus, ut & ſanctę Romanæ eccleſiæ clerus ornetur. Adhæc quomodo Imperatoria poteſtas multis officijs exornatur, cubicularijs, oſtiarijs, et excubitorib. ſic etiā ſanctā Romanorum eccleſiā exornari uolumus. At [*uerò*] ut epiſcopalis ſplendor in omnib. prę́luceat, etiā hoc ſancimus, ut clerici ſanctę Romanorū eccleſię caballos cādidis linteis ornatos equitent. & quēadmodū Senatus noſter calciamenta ſiue ſandalia ex linteis candida geſtat, [*ita etiā illi: ut*] eodē modo cœleſtia, quo terreſtria, ad laudē Dei [*ſpectent.*] Supra omnia in honorem et gloriā ipſius Dn̄i & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, ipſi ſanctiſſ. patri noſtro Syluestro epiſcopo & Papæ urbis Romę, omnibusq́ ſucceſſoribus eius beatis epiſcopis, in eadem magna atq; Apoſtolica eccleſia poteſtatē damus ac concedimus, ut ſi quis ex ſenatu ſuapte ſponte ac lubente uoluntate clericus fieri, numeroq; ſanctorū clericorū numerari uelit, nullus omniū illi impedimēto eſſe audeat. Sāciuimus ad hęc, ut & ipſe pius pater noſter Syluester magnus epiſcopus, & omnes epiſcopi ſucceſſores eius, geſtarent diadema ſiue coronam ex puro [*puto*] auro & inæſtimabilibus margaritis [*confectam*], quam ex

λεως ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, οἵτινες ἕως τοῦ τέλους τοῦ κόσμου μέλλουσι προκαθῆσθαι εἰς τὸν θρόνον τοῦ μακαρίου πέτρου ἀπὸ τοῦ σήμερον, τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον, τὸ λατερανήσιον, τὸ ὑπερβαῖνον καὶ ὑπερνικῶν τὰ τοῦ ὅλου κόσμου παλάτια· ἐπέκεινα δὲ καὶ τὸ διάδημα, ἤτοι τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν· ἅμα καὶ τὸν λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον· ἅμα δὲ καὶ τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, καὶ χιτῶνα κόκκινον, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων. ὁμοίως καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα, καὶ πάντα τὰ σίγνα καὶ τὰ † βάνδα, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος, καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας. ἄνδρας τε εὐσεβεστάτους κληρικοὺς πολλῶν τάξεων τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντας, θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κωνσούλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι. καὶ τὰ λοιπὰ ἀξιώματα. καὶ ἡ βασιλικὴ στρατιὰ κεκόσμηται, οὕτω θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι καὶ τὸν κλῆρον τῆς ἁγίας ῥώμης ἐκκλησίας. καὶ ὃν τρόπον ἡ βασιλικὴ δύναμις διὰ πολλῶν ὀφφικίων κεκόσμηται, ἤτοι κουβικουλαρίων, πορταρίων, ἐξκουβίτων, οὕτως καὶ τὴν ἁγίαν τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίαν κοσμεῖσθαι θέλομεν. καὶ ἵνα κατὰ πλάτος τὸ ἀρχιεπισκοπικὸν φῶς ὑπερλάμπῃ, θεσπίζομεν καὶ τοῦτο, ἵνα οἱ κληρικοὶ τῆς ἁγίας ῥωμαίων ἐκκλησίας καβαλλικεύωσιν ἄλογα, κεκοσμημένα διὰ ὀθονίων λευκῶν. καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων· οὕτως καὶ τὰ οὐράνια, ὡς καὶ τὰ γήινα, πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. ἐπέκεινα δὲ πάντων, δίδομεν ἄδειαν, καὶ παραχωροῦμεν αὐτῷ τῷ ἁγιωτάτῳ πατρὶ ἡμῶν τῷ σιλβέστρῳ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ πόλεως ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μακαρίοις ἐπισκόποις, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς τὴν αὐτὴν μεγάλην καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος καὶ εὐαρίστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τοῦτον. ἐθεσπίζομεν δὲ πρὸς τούτοις, ἵνα καὶ ὁ αὐτὸς θεοσεβὴς πατὴρ ἡμῶν σίλβεστρος, μέγας ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ καὶ ἐπίσκοποι, ἵνα φορῶσι τὸ διάδημα, ἤτοι τὴν στεφάνην, ἣν παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ τῆς

Alij βάνδα, ac ſignificaſſe putantur Imperatoris procedentis inſignia, quæ Itali hodieq; banderas uocant.

κεφαλῆς

κεφαλῆς ἡμῶν, ἐκ χρυσίου καθαροῦ καὶ μαργαριτερίων ἀτιμήτων· καὶ ἵνα αὐτοὶ χρήσωνται εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εἰς τὴν αἴνεσιν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου κορυφαίου καὶ ἀποστόλου. αὐτὸς δὲ ὁ μακαριώτατος πάπας σίλβεστρος ὑπὲρ τὴν στεφάνην, ἤτοι τὴν* παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πέτρου, οὐκ ἤθελε βαστάζειν στεφάνην ἐκ χρυσίου, ἢ μαργαριταρίων. ἡμεῖς δὲ, διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος σίλβεστρος ἐκ χρυσίου στεφάνην, τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον, σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ, διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸν φόβον τοῦ ἁγίου πέτρου, στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. θεσπίζοντες, ἵνα πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ τῷ λώρῳ χρήσωνται εἰς τὰς προελεύσεις, πρὸς μίμησιν τῆς βασιλείας. διὰ τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς καταφρονῆται· ἀλλὰ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν τὴν γηΐνην, καὶ κράτους δόξῃ κοσμῆται· ἰδοὺ τὸ παλάτιον ἡμῶν, ὡς προείπομεν, καὶ τὴν ῥωμαίων πόλιν, καὶ πάσης τῆς ἰταλίας ἢ δυσμῶν χωρῶν ἐπαρχίας, τόπους, καὶ κάστρα, τῷ προγεγραμμένῳ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, σιλβίστρῳ, καθολικῷ πάπᾳ, παραδεδώκαμεν, καὶ ἀφήκαμεν αὐτῷ, καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, ἐξουσίαν καὶ δύναμιν στερεὰν βασιλικὴν τοῦ προστάγματος, διὰ ταύτην τὴν θείαν κέλευσιν, καὶ πραγματικὸν σύστημα, ἐθεσπίσαμεν διαμένειν, καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἁγίας τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας εἰς τὸν αἰῶνα παρεχωρήσαμεν. διὰ τοῦτο δὲ χρήσιμον ἐνοήσαμεν τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας, εἰς τὰς ἀνατολικὰς χώρας μεταφέρειν, καὶ ἐν τῇ Βυζαντίᾳ χώρᾳ, τόπῳ χρησίμῳ, τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἡμῶν ἱδρυνθῆναι, καὶ τὴν ἡμῶν βασιλείαν ἐκεῖ συστῆναι. διότι ὅπου ἐστὶν ἡ ἀρχικὴ ἱερατεία, καὶ ἡ κεφαλὴ τῆς χριστιανικῆς θρησκείας, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν διδομένη, ἄδικόν ἐστιν, ἵνα ἐκεῖ ὁ γήϊνος βασιλεὺς ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν. τοῦτο δὲ τὸ ὕφος τῆς βασιλείας ἡμῶν ἰδίαις χερσὶ καταστρώσαντες εἰς τὰ τίμια λείψανα τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ κορυφαίου πέτρου ἐθήκαμεν, καὶ ἐκεῖ ὠμόσαμεν, ταῦτα πάντα ἀπαραβάτως διαφυλάττειν· καὶ τοὺς διαδόχους ἡμῶν βασιλεῖς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἡμῶν ταῦτα φυλάττειν παραδεδώκαμεν. τῷ πατρὶ ἡμῶν τῷ ἁγίῳ καὶ καθολικῷ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ, καὶ δι' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἐπισκόποις, τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ προσνεύοντος παραδίδια-

Fortaſſe παπαμίτραν, Papalem mitram: nec minus placet, καλύπτραν, tegmen capitis: niſi στεφάνην reddi debet, uerticē, ſiue raſam in uertice coronā.

capite noſtro ipſi tradidimus: geſtarēt aūt in capitib. ſuis ad laudē Dei, & in honorē ſancti principis Apoſtolorū. Verùm ipſe beatiſs. Papa Syluester ſuper coronā ſiue papalethrā, quā ad gloriam Dei & ſancti Petri habebat, nolebat portare coronā aureā uel margaritarū plenam. Nos uerò, propterea ꝙ ſanctus Syluester auream coronam reſpuit: ſancto ipſius capiti radiātiſsimū lorū, ſacroſanctā reſurrectionē denotans, noſtris manib. impoſuimus: & arrepto, adorationis timoriſq; ſancti Petri ergò, equi ipſius freno, ſtratoris officiū fecimus: ſancientes, ut oēs ſucceſſores eius ad imitationem Imperatoriæ Maieſtatis loro utātur in ꝓceſsionib. Ac uerò [*id*] ideo, ut ne dignitas epiſcopalis cōtemnatur. Quinetiam [*ut*] ampliore, ꝙ Imperatoria noſtra terrena Maieſtas, potentiæ quoq; ſplendore adornetur: ecce palatiū noſtrum (ut prędiximus) & urbē Romā, necnō uniuerſæ Italiæ occidentaliūq; regionū pręfecturas, loca atq; caſtra prædicto beatiſſ. epiſcopo, & patri noſtro Sylueſtro Papæ tradimus, & ipſi eiuſq; ſucceſſorib. Imperatoriā imperādi authoritatē ac poteſtatem permittimus [*atq; eam*] per hanc diuinā iuſsionē ac pragmaticā conſtitutionē firmā permanere ſancimus, uiriſq; ſanctę Romanorū eccleſiæ in æternū concedimus. Quorſum [*etiam*] utile [*fore*] cōſiderauimus, ſi Imperatoriā noſtrā Maieſtatē eiuſq; potentiā in orientales regiones tranſferremus, et in Byzātico agro loco cōmodo ſub nomine noſtro ciuitatē erigeremus, atq; ibi noſtrā Maieſtatē collocaremus. Quandoquidē ubi primatiū ſacerdotiū, Chriſtianęq; religionis caput cœlitùs eſt conſtitutū, ut ibidē terrenus princeps dominatū habeat, haud iuſtū fuerit. [*Qua ſanè etiam de cauſa*] hoc [*orationis*] Imperatorię noſtrę Maieſtatis cōtextu proprijs manib. in uenerandas ſancti Apoſtoli & principis Petri reliqas ꝓſtrato ac repoſito, hæc nos omnia illæſa cōſeruaturos illic iurauimus, et ſucceſſorib. noſtris Imperatoribus in cōmmētarijs noſtris eadem ſeruanda tradidimus. Patri [*itaq;*] noſtro ſancto & catholico epiſcopo & Papę, atq; per ipſum omnibus ſucceſſoribus eius epiſcopis, annuente Domino noſtro & Seruatore IESV CHRISTO,

omnia

omnia antè ſcripta rectè in æternum conſeruanda tradidimus.

μὲν ὅλα τὰ προγεγραμμένα καλῶς εἰς τὸν αἰῶνα διαφυλάττεσθαι.

NE EPISCOPVS TEMERE' PEREGRINETVR, *aut clericus in alia prouincia degat.* Cap. II.

APoſtolorum canon 14.15. Concilij Ancyrani canon 18. Concilij Antiocheni canon 3.13.22. Concilij Laodiceni canõ 41.42. Concilij Cõſtantinopolitani canon 2. Concilij Chalcedonenſis canon 13.23. Concilij Sardicenſis canon 3.11.12.16.17. Concilij Carthaginenſis canon 23.71. Concilij ſexti canon 17.18.20. Concilij Nicæni ſecundi canon 10. Concilij primi & ſecundi in æde ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 16. TEXTVS. Conſt.42.tit.3.lib.1.Cod.ait: Ob multum omnino negocium citra iuſſum principis Conſtantinopoli epiſcopus eſto, ſed apocriſiarios mittito. Qui tranſgreditur, [*à ſacerdotio*] remouetur, ac in indignationem incurrit. Conſt. autem 1.tit.1. Nouellarum ait: Nullus epiſcopus à ſua eccleſia amplius annum, niſi ex Principis iuſſu, abeſto. Patriarchæ illos in eccleſijs ſuis perdurare cogunto. Si [*quis*] uerò citra Imperatoriam iuſsionem ultra annum abſit, eius tractus patriarcha ſacrorum canonum præſcriptiones obſeruans, ſolennibus ipſum uocato edictis: & ſi omnino immorigerus maneat, ipſum ab epiſcopatu depellito, atque alium facito. Si uerò non metropolitanus, ſed alius epiſcopus ſit, qui emanet, metropolitanus prædicta ſuper illo facito. Verùm ſi cauſentur ob propriam eccleſiaſticam'ue litem [*ſe eccleſiam*] deſerere debere: libellos ſupplices ad Imperatoriam Maieſtatem per œconomos, clericos, aut apocriſiarios mittunto, quæ in [*rebus*] eccleſiaſticis deſiderant, impetraturi. Proinde antequam ſecundum canones literas commendaticias (ut uocantur) quæ teſtimonium de neceſsitate peregrinationis ſuæ perhibeant, à metropolitano ſuo ad Imperatoriam Maieſtatem acceperit: epiſcopus Byzantium ne uenito. Metropolitanus peregrinaturus patriarchales literas accipito. Ne ipſi per ſe [*de rebus ſuis*] ad Imperatoriam Maieſtatem referunto: ſed cum patriarcha, aut ſuæ ditionis apocriſiarijs communicanto, ac cum illis [*ad Imperatorem*] ingrediuntor. Licet autem ipſis etiam per referendarios magnæ eccleſiæ uel patriarcharum ſuorum ad Imperatorem referre. Conſtit. porrò 7. eiuſdem tit.1. Nouellarum: Quòd ſi epiſcopus, inquit, multo tempore eccleſiam ſuam reliquerit, ne ipſi œconomus ſumptus ſuppeditato: ſed iſtiuſmodi ſumptus in occaſiones eccleſiaſticas & pias præbetor. Et eiuſdem tit. conſtit.3. Quòd ſi epiſcopus ſine literis ſui patriarchæ Conſtantinopolim ierit, ſe ab habitu alienum facit. Conſt. uerò 2. eiuſdem tit.1. Nouellarum ait: Epiſcopi neceſſaria de cauſa peregrinaturi, patriarcharum aut metropolitanorum ſuorum literas accipiunto, uel Imperatoriæ Maieſtatis iuſſu peregrinantor: & qui patriarchæ Conſtantinopolitano ſubſunt, ſine ipſius permiſſu ipſum ne accedunto. Qui hoc pacto peregrinatur, ne amplius anno eccleſiam ſuam relinquito. Qui epiſcopus Conſtantinopolim uenerit, qualiſcunque ſit, ad patriarcham ingreditor, & per ipſum ad Imperatorem. Contra hæc, aut ſupra [*ſtatutum*] tempus peregrinantibus œconomi ſumptus ne ſubminiſtranto: & ſacerdotes ſub quibus cenſentur, ut reuertantur, per literas hortantor: ſi differant, ad [*iudicij*] certamina euocanto: & niſi intra præſtitutum tempus reuertantur, eijciunto, atque alios ordinanto. Eadem etiam in clericis cuiuſcunque gradus obtinento. Conſt. denique 12. eiuſdem tit. 1. Nouellarum iubet, ut ſi ab aliqua eccleſia recedant clerici, alij qui ſubrogantur, annonarias penſiones percipiãt: neque illi, ſi reuertantur, illas capiant: neq; qui id genus erogationis ſuſtinent, illas lucrentur. Si uerò [*erogatores*] ex annonarijs penſionibus [*quippiam*] interuerterint, certa [*ex*] illorum poſſeſsionibus [*portio Principis*] priuatis aſsignetur, ut inde illarum fiat erogatio. SCHOLIVM. Conſt.42.tit.3.lib.1.Cod. in Baſil.

nõn eſt poſita:neque conſtit.1.lib.1. Nouellarum, quæ eſt Nouella Iuſtiniani 6. neque conſtit.7.eiuſdem 1.tit.Nouellarum,quæ eſt Nouella Iuſtiniani 67.Conſtit. 3. eiuſdem tit. eſt Nouella Iuſtiniani 86. poſita [*q. eſt*] in lib. 6. Baſil. tit. 22. qui circa finem ſic habet: Sed iubemus, ut neque monachus, neque clericus, neque epiſcopus ſine religioſiſs. patriarchæ ſui [*literis*] huc accedat: aut certi ſunto,quòd religionis habitu ſe indignos facient.Nota uerò, quòd [a] integræ Nouellæ epiſcopi duntaxat mentionem faciant: Baſilica uerò neque clericum neque epiſcopum Conſtantinopolim inſcio patriarcha accedere ſinant. Conſt.2.tit.1.Nouellarum,eſt Nouella Iuſtiniani 123. [*ac eſt*] poſita in lib. 3. Baſil.tit.1.cap.18.& 19.quæ habent, ut in compendio propoſita ſunt.Tu uerò potius adhæreſcas 16.canoni [*Concilij*] primi & ſecundi in templo ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*], in ſex menſes peregrinationis tempus coarctanti. Conſt. 12. eiuſdem tit. Nouellarum,eſt Nouella Iuſtiniani 57. poſita [*q. eſt*] in lib. Baſil. 3. tit. 4. atque ita ferè de perceptione [*annonæ*] habet, ut in textu ſcriptum eſt. Hanc igitur lege. Legas [*uerò*] etiam ſanctiſs. illius ac uniuerſalis patriarchæ Dn.Nicolai ſynodicum commentarium quartodecimo mẽſis Martij [*die*,] indictione tertia confectum:qui conſtituit,quanto tempore magnæ eccleſiæ ſacerdotes & diaconi abeſſe citra præiudicium debeant. Verùm dicunt nõnulli, hinc canones de abſentibus clericis, neque Iuſtiniani Nouellam ſuperiùs inſertam,non abrogari.Nota uerò,quòd ex duabus præſenti capiti inſertis Iuſtiniani conſtitutionibus, 86 uidelicet & 123, hæc duo conſtituta ſunt: unum, ne antiſtes diu Conſtantinopoli hæreat:alterum, ne antiſtites, monachi, aut clerici ſine literis patriarchæ ſui [b] urbem urbium accedant. Sed quoniam utrumque reiectum [*eſſe*] uidemus (neque enim antiſtites per literas patriarchales [*urbium*] dominatricem accedunt: ſed ad Conſtantinopolitanam portam uenientes,[c] ſuapte ſponte patriarcham [*de aduentu ſuo*] certiorem faciunt, atque ita citra periculum magnam urbem ingrediuntur, multoq́ue tempore in illa commorantes nullam uexationem ſuſtinent) quo id pacto fiat, quærendum eſt. [*Atq; ego*] quidem puto Nouellam 86. quæ ſtatuit ut epiſcopi, clerici, & monachi, qui citra ſcientiam patriarchæ ſui huc accedunt, deponantur, abrogatam eſſe per Nouellam Iuſtiniani 123. quæ recentior eſt, & ſtatuit, ne epiſcopis tale quippiam facientibus ex ipſorum eccleſijs ſumptus ſuppeditentur, in hoc unum pœnam concludens. Vt autem epiſcopi, illi qui citra rationabilem cauſam ultra annum ſecundum Nouellam 123. aut ultra ſemeſtre tempus ſecũdum canonem 16.Concilij primi & ſecundi in æde ſanctorum Apoſtolorum coacti, Conſtantinopoli hærent, deponantur: [*id uerò*] abrogatum eſt per iuſsionem celeberrimi Imperatoris Dn. Manuelis Comneni, quæ edita eſt menſe Septembri, indictione ſeptima, & hæc conſtituit in hæc uerba: Vbi igitur Imperatoria mea Maieſtas hæc expendit, ad præſentem [d] diſpoſitionem etiam inuita deſcendere coacta eſt: ac ſancit per præſentem hanc iuſsionem, ne ſacerrimi epiſcopi citra ineuitabile aliquod impedimentum & euidenter rationabilem cauſam, longiore tempore, quàm à pijs legibus diuiniſq́ue canonibus præfinitum eſt, in magna urbe commorentur: aut alioqui uel inuiti ab illa ejcientur. Verùm ipſorum in magnam urbem introitus ſecundum ueterem ex canonibus & legibus ortam fieri debet conſuetudinem.

a τὸ πλάτος τῶν νεκρῶν.

b τὴν πόλεων βασιλεύουσαν.

c αὐτοθελῶς.

d ἀνανομίαν.

EPISCOPOS ITINERIS EPISCOPORVM [e] SVAS
ditiones tranſeuntium cauſſas inquirere oportere.
Cap. III.

e τὰς δὲ αὐτῶν.

COncilij Sardicenſis canon 11.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI AD IMPE-
ratorem eius'ue comitatum abeunt. Caput IIII.

COncilij Antiocheni canon 11.12.Concilij Sardicenſis canon 7.8.9.11.Concilij Carthaginenſis canon 104.106.

DE PEREGRINORVM SVSCEPTIONE. ET, DE PA-
cificis commendatitijsq́; literis. Cap. V.

APoſtolorum canon 12.33.Concilij Antiocheni canon 7.8.11.Concilij Laodiceni canon 41.42.Concilij Chalcedonenſis canon 13.Concilij Sardicenſis canon 9.Concilij Carthaginenſis canon 23.Concilij ſexti canon 17.

DE DIFFERENTIA PACIFICARVM ET COMMEN-
daticiarum literarum. Cap. VI.

COncilij Chalcedonenſis canon 11.Concilij Carthaginenſis canon 106.

QVIBVS EPISCOPOS SVBVENIRE OPORTEAT. ET,
De epiſcopis, presbyteris & diaconis, qui indigentibus eccleſiaſtici [ordinis hominibus neceſſaria] non ſuppeditant.
Cap.ª VII.

APoſtolorum canon 59.Concilij Sardicenſis canon 7. TEXTVS. Indigentes hæretici non accipiunt è iudicijs, aut eccleſijs ea quæ ª honoraria dicũtur,ut lib.1.tit.5.conſt.8. [*traditur.*] SCHOLIVM. Conſt.8.tit.5.lib.1.Cod.eſt cap.28.tit.1.lib.1.Baſil.quod habet,ut in textu compendioſè propoſitum eſt. ª *ἀξίωμα*]*ind.*

DE SYNODIS, ET QVI AD EAS NON AC-
cedunt. Cap. VIII.

APoſtolorum canon 37.Concilij Nicæni canon 5. Concilij Antiocheni canon 20.Concilij Laodiceni canon 40.Concilij Chalcedonenſis canon 19. 21. Concilij Carthaginenſis canon 18. 73. 76. 95. Concilij ſexti canon 8. Concilij Nicæni ſecundi canon 6. TEXTVS. Conſt.2.& 17. tit. 1. Nouellarum uolũt, ut ſemel aut bis quotannis [*in menſe*] Iunio aut Septembri metropolitanorum apud patriarchas, & epiſcoporum apud metropolitanos celebrentur ſynodi, in quibus cauſæ, quas epiſcopi, clerici & monachi aduerſus ſe inuicem habent, examinentur: & de fide, canonibus, ac eccleſiaſticis alijsq́; rebus [*tractetur:*] deniq; quæ aduerſum canones commiſſa ſunt, corrigantur. [*Item ut*] præſules eorumq́; cohortes, niſi metropolitanos & epiſcopos ſynodos celebrare procraſtinantes urgeant, aut Imperatori [*eam rem*] ſignificẽt, ſupremo afficiantur ſupplicio. SCHOLIVM. Conſt.2.& 17.tit.1.Nouellarum, ſunt Nouellę 123.cap. 13.& Nouellæ 137.cap.7.Inſerta ſunt autem ambo lib.Baſil. 3. tit. 1. cap. 20. & 21. quæ etiam illic legas.Nam hic inſerta non ſunt, ut quæ efficaciam non habeãt.

NE TEMERE' EPISCOPI AVT CLERICI [LIBE-
ros ſuos] emancipent. Cap. IX.

COncilij Carthaginenſis canon 35.

QVOMODO EPISCOPI COMPETENTIA SIBI LO-
ca, quæ ab hæreticis detinentur, uindicent. Cap. X.

COncilij Carthaginenſis canon 121. TEXTVS. Nouella 37. ait, eccleſias Africæ firmiter obtinere poſſeſsiones ſuas: & ſi pagani aut hæretici ipſarum aliquas aut domos aut uaſa habeant, illas non obſtante longi temporis præſcriptione, auferre [*poſſe.*] SCHOLIVM. Nouella 37.poſita eſt in Baſil. Hoc autem ipſius cap. non eſt poſitum. Quamobrem ne inanem laborem ſuſcipias.

QVOD LECTORES [a] PLEBEM VERSVS GEniculari non debeant. Cap. XI.

a τῷ δήμῳ προσνεύειν.

COncilij Carthaginenſis canon 16.

DE EPISCOPIS, QVI NON CONVERTVNT HAERETICOS, *&, De epiſcopis & clericis, qui non docent populum. &, Quòd epiſcopus pro populo Deo rationem reddat. &, Quando quum populus peccauit, clerus* [b] *excommunicatur.* Cap. XII.

b ἀφορίζεται.

APoſtolorum canon 36.39.58. Concilij Carthaginenſis canon 123. 124. Concilij ſexti canon 19.64.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS MVNDANVM ALI*quid exercentibus, [ſiue id] publicum ſiue priuatum [ſit,] aut [etiam]* [c] *redempturam aut tutelam.* Cap. XIII.

c μίσθωσιν.

APoſtolorum canon 6. 81. Concilij Chalcedonenſis canon 3. Concilij Carthaginenſis canon 16. Concilij Nicæni ſecundi canon 10. Concilij primi & ſecundi in templo ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 11. TEXTVS. Conſt. 17. tit. 3. lib. 1. Cod. uetat, ne clerici acceſſum habeant ad publicas uel ad curiam pertinentes actiones. Et [d] 40. eiuſdem tit. conſt. interdicit defenſoribus eccleſiarum, ne extremas uoluntates inſinuent, atque in temeratores pœnam quinquaginta librarum [*auri*] ſtatuit. Et eiuſdē tit. [e] 51. ait, quòd epiſcopi, preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi & monachi, [f] licet non ſunt clerici, omnino immunitatem tutelæ atque curæ habeant: ſi tamen eccleſijs & monaſterijs ſuis operā nauent, neque diuinum miniſterium negligant. SCHOLIVM. Conſt. 17. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neq; 40. neque 51. ne fruſtra labores. TEXTVS. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum ait, quòd epiſcopus aut monachus tutor nō fiat: alij autem clerici cognatorum ſuorum tutores ſint, ſi intra quatuor menſes apud competētem iudicem [*tutelam*] propria uoluntate ſuſceperint: quo facto, nullum præiudicium circa aliam tutelam ſuſtineant. [*Quòd item*] neque publicarum [*contributionum*] ſuſceptores, neque uectigalium alienarum'ue poſſeſſionum [*conductores*] neque familiæ curatores, neque [g] procuratores litis, neque ſuper iſtiuſmodi cauſis fideiuſſores ſuo, aut eccleſiæ monaſterij'ue ſui nomine, uel epiſcopi, uel œconomi, uel alij clerici fiant. Poſſint autem adiacentes ipſis uenerabilibus domibus poſſeſſionem in conductionē & emphyteuſin accipere: [*ut tamen*] omnes clerici & monachi in [h] inſtrumento aut actis conſentiāt, & declarent eam rem fore conducibilem. Ipſas autem uenerabiles domus clericis ſuis elocare, & in emphyteuſin dare, exceptis perſonis per aliam legem prohibitis, ac eaſdem à clericis accipere. [*Quòd etiam*] qui contra hæc fecerit, ſi quidem epiſcopus ſit, omnes ipſius facultates, ipſius eccleſiæ addicantur: ſi uerò œconomus, aut alius clericus, pœnam pecuniariam ſubeat, quam epiſcopus ipſius probauerit. [*Quòd poſtremò*] qui ipſis adminiſtrationes crediderint, aut fideiuſſores ipſos acceperint, aduerſus ipſos, aut res, aut fideiuſſores, aut eccleſias aut monaſteria actionem non habeant: ſed etiam ſi quod damnum publico obuenerit, [*id*] [i] de ſuo reſarciant. SCHOLIVM: Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 13. 14. 15. Habent autem hæc, quemadmodum compendioſè propoſita ſunt. Quæras [*uero*] neceſſariò ſynodicum etiam commentarium, [*die*] octauo menſis Septembris indictionis ſextæ à ſanctiſſ. patriarcha Dn. Luca, de clericis publica & perſonalia [k] munera ſubeuntibus, confectum: qui decimoſexto canoni Concilij Carthaginenſis inſertus eſt. Item ſub patriarchatu fœlicis memoriæ Dn. Iohannis

d In lib. noſtris 50.
e In lib. noſtris 40.
f κἂν μὴ ἔχωσι χειροτονίαν, tametſi ordinati non ſint.
g ἐντολεῖς.
h συμβολαίῳ.
i οἴκοθεν.
k λειτουργίας ὑφιστάμενοι.

hannis patriarchæ menſe Februario indictionis octauæ factus eſt ſynodicus commentarius, qui, ne diaconi, aut ſummatim eccleſiaſtici [*homines*] uel monachi patroni cauſarum ſint, cōſtituit: quem etiam ſextodecimo canoni Concilij Carthaginenſis inſertum legas. Menſe autem Ianuario indictionis quartæ, quum patriarchatum gereret fœlicis memoriæ Dn. Michael Anchialus patriarcha, confectus eſt ſynodicus commentarius, qui ſimiliter atque ſacerdotem & diaconum, lectorem etiam ſacriq́ ordinis quemcunque complectitur, ut ab actione mundanorum officiorum atque munerum abſtineat. cuius quidem commentarij uis eidem eſt inſerta canoni. Rurſus Nouella 86. Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi iubet, ne clerici aut monachi pupillorum tutelam aut curā ſuſcipiant: ſed permittit, ut extremarum uoluntatum procuratores atque executores fiant. Ac [*uerò*] magis, ſi pro anima erogationes ab his fieri debeant. Quòd ſanè nota. Nuſquam enim alibi huiuſcemodi diſtinctionem inuenies. Sed & Nouella eiuſdem Imperatoris 86. ſancit, ne epiſcopus, neque quicunq; clericus, aduocationibus, redempturis, aut ſponſionibus occupetur: & qui tale quippiam fecerit, ad aliquod tempus [*à communione*] ſegregetur: qui uerò [*in ijs*] perſeuerauerit, [*à ſacris functionibus*] remoueatur. Atque hæc quidem ad hunc modum. Verùm diaconus quidam à fœlicis memoriæ patriarcha Dn. Luca, commemoratis canonibus reliquisq́ue legiſlationibus utente, aduocatum agere aliquando prohibitus, coram Imperatorio tribunali præſente patriarcha dixit, canones illos atque leges in hodiernis aduocatis non habere locum: ſed in illius temporis aduocatis, qui in ciuilibus iudicijs ſtationes habebant, Imperiales frumentarias teſſeras accipiebant, ſub primicerijs erant, atque à mundanis magiſtratibus [a] confirmabantur: quo tēpore omnino rectè clerici mundanis aduocatorum officijs fungi prohibebantur. At quoniam qui hodie aduocati ſunt, tanquam liberalem aliquam artem, aduocationem exercent: neque ſacri ordinis homines [*in iure*] patrocinari, impediri [*debere.*] Et ſermonem ſuum aſtruens, non actionem, ſed modum à canonibus puniri, cauſſabatur. Non ſolùm enim [*inquit*] clerici, uerumetiam epiſcopi pro amicis [*in iure*] certantes, ueniam conſequentur: neque qui in controuerſia [*rei*] eccleſiaſticæ patrocinium præſtant, notabuntur: quemadmodum ipſum etiam ius hoc euidenter docet. Vt autem clericus, quemadmodum mundani officiales, aduocatum agat, [b] & ab [*homine*] prophano confirmetur: odioſum eſt, atque punitur. Verùm quòd aduocati officium aliquando mundanum fuerit, & ordinarij aduocati [c] Imperatorias annonæ penſiones ceperint, atq; ſub primicerijs fuerint: [*id uerò*] ex multis conſtat. Lege autem poſtremum cap. tit. 1. lib. 8. Baſil. & quæ in præfecti libro de aduocatis digeſta ſunt. Tradunt enim aduocatos collegium eſſe, atque [d] cuiuſcunque temporis præfecto confirmari. [*Atq;*] hęc [*quidem*] quum dixiſſet, applauſumq́; ipſi eſſet, etiam à patriarcha [*porrò cauſis*] patrocinari, ut antea [*feciſſet*], permiſſum illi eſt.

a σφραγιζομένων.

b Ἀλεξανδρινὰ σφραγίδα λαικῶ.

c Aliàs δημόσια, è publico, publicas.

d κατὰ καιρὸν

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI [e] Aſciticijs mulieribus [f] cohabitant.

e συνεισάκτοις

f συνόντων.

Cap. XIIII.

Concilij Nicæni canon 3. Concilij ſexti canon 5. Concilij Nicæni ſecundi canō 18. Baſilij ex epiſtola ad Gregoriū epiſcopum. TEXTVS. Conſt. 19. tit. 3. lib. 1. Cod. ait: Sacerdotes & clerici matrib. ſuis ſolummodo, & filiab. & ſororibus, & quę ipſis antea nupſerint, cohabitanto. Et conſt. 1. tit. 1 Nouellarū: Diaconiſſæ (inquit) nullos ſecum loco fratrū, cognatorū, aut qui [g] dilecti uocantur, habitātes habento: ſed aut ſolę, aut cum germanis ſuis fratribus, patruis etiam uel auunculis, aut parentibus uel filijs habitanto. Quòd ſi qui ſub ſpecie

g ἀγαπητῶν.

honeſti nominis,ſed non abſque mala ſuſpicione [*cuipiam*] cohabitare dicatur, ne ordinator: ac uerò iam ordinata, ab habitu excidito: & cum cohabitatore huic legi reliquisq; quæ in ſtupratores animaduertunt, obnoxia eſto. Conſtit. autem 2. eiuſdem tit. 1. Nouellarum dicit: Nullus clericus, qui uxorem non habet, præter matrem, filiam, ſororem, & in quas alioqui ſuſpicio non cadit, in domo ſua aſciticiam [*mulierem*] habeto. Quòd ſi hęc nõ obſeruauerit, & bis ab epiſcopo aut collegis admonitus mulierem non eiecerit, uel accuſatus probetur inhoneſtè cum illa conuerſari: deponitor, & curiæ ciuitatis in qua clericus fuit, traditor. Epiſcopus autem, qui mulieri cohabitat, omnino deponitur. Neq; uerò diaconiſſa cuipiam, in quẽ ſiniſtra ſuſpicio cadat, cohabitare poteſt. Quę ab epiſcopo cõmonefacta, ſi illum eijcere differat, ſpoliatur miniſterio & diarijs, atque per omnem uitam ſuam in monaſterium inijcitur. Res autem eius, ſi liberos habeat, inter ipſam & illos pro rata diuiduntur: & quæ ipſi portio competit, eam pro eius alimonia monaſterium capit. ſin liberos non habet, eccleſia in qua erat, & monaſterium ex æquo illas partiuntur. SCHOLIVM. Conſt. 19. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neq; etiam conſt. 1. tit. 1. Nouellarum. Conſt. uerò 2. eiuſdẽ tit. eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [*q. eſt*] in lib. 3. tit. 1. cap. 54. 55. & 56. Quæ capita ita habent, ut in compendio propoſita ſunt.

QVOMODO EPISCOPOS, CLERICOS, AVT [a]CAſtitatis uoto obſtrictos, ad mulieres ingredi oporteat. Cap. XV.

a ἐγκρατευομένας

COncilij Carthaginenſis canon 38. Concilij Nicæni ſecundi canon 22.

QVOD CLERICVS CVM NVPTIAS ITERANTE, aut præter leges uxorem ducente, conuiuari non debeat. Cap. XVI.

COncilij Neocæſarienſis canon 7. Timothei canon 10.

NE CLERICI SINE EPISCOPIS SVIS QVICQVAM faciant. Cap. XVII.

APoſtolorum canon 39. Concilij Laodiceni canon 57.

NE CLERICI EX [b]CONTRIBVTIONE COMmunia inſtituant. Cap. XVIII.

b Pro συμβουλῆς, lego συμβολῆς.

COncilij Laodiceni canon 55.

DE [c]DIVTVRNO ORDINE EPISCOPORVM. ET, Quomodo clerici ſedeant, & ſe inuicem honorent. Cap. XIX.

c τῆς ἐν χρόνῳ τάξεως.

COncilij Nicæni canon 18. Concilij Laodiceni canon 20. 56. Concilij Carthaginenſis canon 86. 89. 90. Concilij ſexti canon 7.

TITVLVS NONVS.

De delictis, [d]accuſationibus, [e]excommunicatione, [f]depoſitione, pœnitentia epiſcoporum & clericorum. &, cuiuſmodi peccata ordinatio remittat.

d δικῶν.
e ἀφορισμοῦ.
f καθαιρέσεως.

A QVIBVS ET APVD QVOS ACCVSENTVR epiſcopi aut clerici. Caput I.

APOSTOLORVM canon 74. Concilij Conſtantinopolitani canon 6. Concilij Chalcedonenſis canon 9. 21. Concilij Carthaginenſis canon 8. 11. 12. 15. 128. 129. Cyrilli ex epiſtola ad Domnum caput 1. TEXTVS. Generaliter de ijs qui de publico crimine quamcunq; perſo

nam

nam accuſare prohibentur, tractat lib. 9. Cod. tit. 1. & lib. 48. Dig. tit. 2. De criminalibus uerò, & pecuniarijs, & canonicis quæſtionibus dicitur in Codice & Nouellis. Ait autem lib. 1. tit. 2. conſt. 6. quòd ſi quid in uniuerſo Illyrico canonicæ dubietatis emerſerit, id non abſque ſcientia antiſtitis urbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ ueteris prærogatiua lætatur, eiusq́ue [*ſacerdotalis*] conuentus oporteat decidi. Et tit. 3. Conſt. 22. quòd ſi quis per calumniam epiſcopum accuſando, [*ipſum'ſe*] exhibere apud cõpetentem iudicem [*cogat*]: triginta pondo [*auri*] det. Et conſt. 25. eiuſdem tit. quòd clerici Conſtantinopolitani, ſi actores nolint ipſos apud patriarchã conuenire, apud ſolos præfectos litigent: [*idq; ſiue*] conueniant, ſiue conueniantur: [*tum etiam ſiue*] pecuniaria ſiue criminalis [*item ſiue*] de [*rebus ipſorum*] proprijs ſiue eccleſiaſticis [*lis inſtituatur. Similiter quòd*] clerici uſque ad quinquaginta libras [*auri*] œconomum aut eccleſiæ defenſorem, nõ autem alium, fideiuſſorem dent: & ſi res [*eam quantitatem*] excedat, pro reſiduo citra iuſiurandum caueant. SCHOLIVM. Tit. 1. lib. 9. Cod. eſt lib. Baſil. 60. tit. 34. cap. 23. Et poſt illud ipſum cap. ſunt alia cap. quæ docent, qui'nam poſsint mouere eccleſiaſtica iudicia, & qui'nam non poſsint: quæ lege. Tit. 2. lib. 48. Dig. eſt lib. 60. tit. 34. cuius 1. cap. quære, & deinceps [*alia*] multa, quæ de criminalibus actionibus docent. Conſtit. 6. tit. 2. lib. 1. Cod. eſt Baſil. lib. 5. tit. 1. cap. 6. quod ſic habet, quemadmodum in textu ſcriptum eſt. Cæterùm præſens cap. tractat, apud quos conueniri debeant de criminalibus pecuniarijsq́ue controuerſijs epiſcopi & clerici. Scias autem eſſe Nouellam piorum Imperatorum Heraclij & Conſtantini, quæ ſtatuit, ne epiſcopus, neque clericus, neque monachus ob pecuniariam criminalem'ue cauſſam apud ciuilem uel militarem conueniatur magiſtratum: ſed apud ſuos epiſcopos duntaxat, aut metropolitanos, aut patriarchas. Eadem etiam ſtatuit[a] aurea bulla celeberrimi Imperatoris Dn. Alexij Comneni uulgata menſe Iulio, indictione 4. anno [*ab orbe condito*] 6589. quæ hæc in hæc uerba addit: Si uerò partitio inter aduerſarios fuerit, & alterum mundani ſtatus eſſe appareat, alter in ſacrum clerum allectus ſit: [*tunc*] actor foro rei per omnia ſubiacebit, & uterque ad competens iudicium abibit: niſi ſi quando tribunal Imperatorium aliquis requiret. Tunc enim omnib. ceſſantib. Imperatoria Maieſtas litem dijudicabit, & decidet controuerſiam. Verùm huius aureæ bullæ ſegmentum, quod ſtatuit, ut quicunque ad qualecunque tribunal trahuntur, ſi Imperatorij tribunalis auditorium requirãt, admittantur: irritum factum eſt ex poſteriore iuſsione eiuſdem Imperatoris Dn. Alexij Comneni, quæ euulgata eſt menſe Maio, indictione 3. & ſtatuit poſt proœmium hęc, in hęc uerba: Pręſcribit igitur omnibus uobis, qui iudicijs pręeſtis Imperatoria mea Maieſtas, ne unquã poſthac obtẽperetis cuiuſmodicunq́ue reſcripto, quod iudicũ quempiã iudiciũ ad ipſum trãſmiſſum exercere prohibeat, tametſi cinnabari ſubſignatũ ſit, tametſi cæreæ bullæ ſigillũ habeat. Sed ſi quidẽ poſt libelli oblationem intra uiginti cognitionis dies, qui in iudiciũ pertractus eſt, [b] dimiſsionẽ Imperatoriæ noſtræ Maieſtatis impetret, quæ alterum iudicẽ illi cui priùs cauſa tranſmiſſa eſt, adiungat: in unum conueniant conſtituti iudices, & legitimã deciſionem [*rebus*] controuerſis imponant. Si uerò uiginti dierum tempus decurrerit, ne alter iudex admittatur (quoniã hoc etiã legi uidetur) neq́ue uerò [*hoc*] prętextu, quòd fortaſſe poſtmodũ ſtatui poſsit, ut cauſa ad Imperatoriæ Maieſtatis tribunal introducatur, nullo modo [*iudex*], quo minus iudicium ferat, impediatur: ſed tranſmiſſam ſibi controuerſiã ad legis præſcripta exactè decidat: ut tamen litigator, ſi ſe iniuria affectum putet, à prouocatorio iudicio neutiquam excludatur. Atq́ue hoc [*quidem*] omnes uos iudices cognoſcentes, nitimini [c] commiſſas uobis lites ſeruare, & legitimum illis finem imponere. Non uult enim Imperatoria mea Maieſtas, ut poſteaquam ex iuſsione ipſius ad iudicem quempiam [*aliqua*]

[a] χρυσόβουλλον.
[b] λύσιν.
[c] [illegible]

contro-

controuerſia tranſmiſſa fuerit, per cuiuſmodicunque poſterius ſcriptum, quod controuerſiam ad Imperatoriam meam Maieſtatem introduci demandet, cognitio impediatur: ſed ut illa apud eundem iudicem, aut (ut ſuperius dictum eſt) [*apud*] iudices intra uiginti cognitionis dies [*unà*] cum ipſo datos, uſque ad finem,[a] ita ut ſubtrahi non poſſit, procedat: ac poſt iudicium finitum ei qui fortaſſe iniuria ſe affectum putabit, facultas ſit, ut per prouocationem aliud tribunal imploret, aut potentiæ noſtræ audientiam requirat. Legas etiam 15. canonem Concilij Carthaginenſis, & quę in illo [*comprehenduntur.*] Conſt. 22. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt cap. 2. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod quære inſertum expoſitioni 41. canonis Concilij Laodiceni. Conſt. uerò 25. tit. 3. lib. 1. Cod. in Baſil. non eſt poſita. TEXTVS. Etenim leges atque canones clericum iurare prohibent. [*Poſtremò uerò, quòd*] in ius uocatus œconomus fideiuſſorem non det, & tum ipſe tum clerici pro monitione ac[b] procuratoris inſtitutione duos ſolidos,[c] executori dent, reliquosque ſumptus parcius faciant. Et conſt.[d] 32. eiuſdem tit. ait, quòd epiſcopi, clerici, & monachi [*ad extranea iudicia*][e] non traducantur, ſed apud rectores prouinciarum conueniantur: & Conſtantinopoli reperti, apud præfectos duntaxat iudicio pulſentur, ubi & honor ipſis ſeruetur, & aduocatos accipiant. Si uerò in prouincijs ob proprias res in ius uocentur, œconomos duntaxat aut eccleſiæ defenſores fideiuſſores dent: apud præfectos autem de rebus pecuniarijs conuenti, aut[f] uicarias fideiuſſiones præſtent, aut[g] ſub facultatum ſuarum obligatione cautiones faciãt. [Quòd] de eccleſiaſticis [*rebus*] ſolus œconomus conueniatur, quem ab epiſcopo ordinari oportet, atque [*ille*] eccleſiæ defenſorem fideiuſſorem præbeat. [Quòd] in minoribus iudicijs epiſcopi & clerici pro monitione executoribus non amplius[h] ſolido ſportularum nomine dent. Si uerò ab apparitore præfectorum ex ſententia ipſorum admoneantur in prouincia, non amplius duobus ſolidis præbeant. Byzantij autem peregrinus clericus ſportularum gratia[i] tres aureos det, ob quantamcunque [*ſummæ*] quantitatem conuentus fuerit. [Quòd] executor, qui cuiuſmodicunque clericũ contumelijs affecerit, aut uexauerit, cingulo priuetur, & ſupremo ſupplicio feriatur. [*Quòd denique*] ſi qui ſine iuſta cauſa ipſos conueniſſe uideantur, [*illi*] ipſis omnes expenſas, quas occaſione illorum ab exordio litis ſubierint, reddant.

SCHOLIVM. Non inuenio legem aut canonem prohibentem, aut permittentem, ut clerici iurent. [*Haud ſcio*] itaque, an præſens legiſlatio ad illud quod à Domino in Euangelijs dicitur, Ne quis iuret, reſpexerit, & pro ſancta Scriptura legis atque canonis mentionem fecerit. Conſt. autem 32. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. [*Proinde*] legas etiam ſecundum Scholium cap. 27. præſentis tit. TEXTVS. Conſt.[k] 50. eiuſdem tit. dicit, quòd clerici rectè in inſtrumẽtis fori præſcriptioni renuncient. Generaliter enim cuique licet contemnere, quæ pro ſe [*indulta ſunt.*] Et conſt. 2. tit. 4. eiuſdem lib. quòd ſi ante finem ſententiæ clericus prouocauerit, multam quinquaginta librarum argenti in hoc aduerſus alios conſtitutam, ab ipſo fiſcus non accipiat, ſed pauperibus eroget. Conſt. autem 7. eiuſdem tit. quòd in pecuniarijs duntaxat [*cauſis*] inter conſentientes, nõ autem etiam inuitos efficaciter epiſcopus iudicet. Et conſt. 8. quòd epiſcoporum iudicium ratum ſit inter eos qui ipſos elegerint, ac ſimile ſit præfectorum ſententijs, à quibus prouocare non licet. Et conſt. 13. quòd actor uolens, at non etiam inuitus, apud epiſcopum Conſtantinopolis lite pulſet œconomum, aut alios eius clericos, ſiue aduerſus ipſos, ſiue aduerſus eccleſiam [*actionem*] habeat. Et 29. conſtit. Nemo[l] prima uice apud patriarcham, ſed epiſcopum ſuum, clericum accuſato. Si uerò ſuſpectum illum habeat, apud metropolitanum. Qui ſi quoque ſuſpectus ſit, oportet cum illo iudicare[m] loco totius ſynodi tres ſecundum ordinationis ordinem primores: & ſi iudicatis non acquieſcatur, [*illius*] tractus patriarcham aduocari, atque tanquam ipſe ab initio

cauſam

a ἀνυπερθέτως
b προβολῆς.
c ἐντολεῖ.
d In lib. noſtris 31.
e ἀνάξιμοι οὐ γίνονται.
f ἀλλήλων ἐγγυῶνται.
g ὑποθήκῃ ποιοῦσι ὁμολογίας.
h In lib. noſtris, ſemiſſe.
i In lib. noſtris, unum.
k In lib. noſtris 19.
l in πρώτοις.
m in προσώπῳ

cauſam cognouiſſet, eius iudicatis obtemperari. Non enim patriarcharum ſententiæ prouocationem recipiunt. Idem etiam de ijs qui epiſcopos in ius uocãt [*dicendum eſt.*] Licet autem à patriarcha petere, ut per literas ſuas controuerſiam epiſcopis tranſmittat, & [*ille*] pro ſportulis non plus quàm quatuor [a] ſiliquas: clericus [*uerò*] qui à patriarcha aut ad metropolitanum, aut ubi epiſcopus [b] delegatus fuerit, mittitur, non plus quàm ſex [c] ſolidos accipit: [*idq;*] in cuiuſmodicunque cauſa & [*ſummæ*] quantitatę. Audit etiam patriarcha prouocationes [*ab*] epiſcopis aut metropolitanis, qui ex ipſius mandato iudicarunt, [*factas*]. Qui uerò contra hæc fecerit, quod amplius exactum eſt, [*eius*] duplum dat, hæcq; [*illi*] à patriarcha aut metropolitano eccleſiaſtica pœna infligitur, ut extra eccleſiaſticos catalogos eijciatur. [*Atq;*] hęc quidẽ, quando controuerſia eccleſiaſticum ſtatum concernit. Ac ſi ciuilis ſit, non cogitur actor aut accuſator hæc cuſtodire: ſed apud præſides mouendæ [*actionis*] facultatem habet. Conſt. autem 4. eiuſdem tit. Nouellarum ait: Si quis aduerſus clericum actionem pecuniariam habeat, epiſcopum ſub quo ille cenſetur, interpellato. Is non interueniente ſcriptura citra [*ullos*] ſumptus iudicato. Et ſi partes uelint, ſententia [d] in literas refertur. Verùm ſi propter aliquam cauſam epiſcopus controuerſiam decidere non poſsit, tunc ſeruatis clericis [*ſuis*] priuilegijs apud [*ciuiles*] magiſtratus lis inſtituitur. At ſi de criminibus quæratur, & illis quidem ciuilibus, [*ciuiles*] magiſtratus & Byzantij & in prouincijs iudicãt: [*ut tamen*] lis [e] poſt conteſtationẽ duos menſes non tranſcendat. Et ſi clericus pœna dignus [*eſſe*] uideatur, prius per epiſcopũ ſacra dignitate nudatur, ac deinde legis manibus ſubijcitur. Sanè ſi delictũ eccleſiaſticũ ſit, ſecundum canones, quos leges etiam ſequuntur, epiſcopus iudicato, nec cognitioni [*ciuiles*] magiſtratus [*ſe*] immiſcento. Et conſt. 15. eiuſdem tit. Qui (inquit) aduerſus monachum aliquem, aut cõſecratam uirginẽ, aut mulierem monaſterio mancipatã, [*actionem*] habet: ipſorum epiſcopum accedito. Is uerò illum aut illã per pręſules, apocriſiarios, alios'ue [*homines*] probos honeſtè producito, [*cauſam*] q; cõſiderato. Qui [*ciuilis*] magiſtratus [*huic rei*] ſe immiſcere tentauerit, [f] nõ admittitur, & unà cum cohorte ſua decem libris [*auri*] fiſco [*inferẽdis*] multatur. Executores uerò in [g] cãcellos includũtur, & pro merito caſtigantur, atq; per epiſcopos de reliquo executorum officio fungi prohibentur. SCHOLIVM. Conſt. 50. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt cap. 9. tit. 3. lib. 3. Baſil. Illud uerò Codicis: Generaliter enim licet cuiq; contemnere, quæ pro ſe [*indulta ſunt:*] in Baſil. non eſt poſitum. Conſt. 2. tit. 4. lib. 1. Cod. non eſt in Baſil. Neq; [*uerò*] 7. eiuſdem lib. & tit. neq; 8. neq; 13. Legas aũt cap. 44. tit. 1. lib. 3. quod pars eſt Nouellæ 123. ac dicas, ſecundũ illud prius actiones inſtitui apud epiſcopos. Cap. aũt 6. eiuſdem tit. & lib. ne auſcultes. Eſt enim huius cõſtitutio, atq; per dictam recentiorem Nouellam abrogatum eſt Sed neq; alterã Iuſtinianẽã Nouellam, quæ aduerſum quiddã dicit, audias. nam nõ eſt poſita in Baſil. tametſi inueniatur. Cæterùm quantum ad [*id attinet, ut*] primùm apud epiſcopos & metropolitanos controuerſiæ proponantur, ac deinde ad patriarcham deueniant: animum dicto 44. cap. tit. 1. lib. 3. applica. quantum uerò ad [*id,*] ne ciuiles aut militares magiſtratus cõmercium aliquod aduerſus conſecratos habeant: Nouellam Imperatorũ Conſtantini & Heraclij, ac Nouellam Imperatoris Dn. Alexij Comneni, quarum in initio pręſentis tit. mentionẽ fecimus, audias. Legas inſuper 15. canonem Concilij Carthaginenſis, & 9. canonem Chalcedonenſis, quæq; in ipſo comprehenduntur, quæ oẽm ambiguitatem ſoluũt. [h] Ipſa aũt 29. conſt. quæ in Baſil. poſita non eſt, hunc ad modum habet: Aduerſus enim tales epiſcopales ſentẽtias prouocationi locũ non eſſe, à prędeceſſoribus noſtris lege cautũ eſt. Sanè 4. conſt. eſt Nouella Imperatoris Iuſtiniani 83. nõ aũt in Baſil. poſita eſt. Et conſt. 15. eſt Nouella 79. quæ ipſa etiã nõ eſt agnita. TEXTVS. Scias uerò, quòd conſt. 2. eiuſdẽ tit. 1. quæ harum omniũ ualidiſsima

a κεράτια.
b ὁ πεμφθείς.
c Ponerem hic quoq; ſiliquas, niſi quæ in Græcis nota eſt, omnino cum ſolidos ſignificantibus notis conueniret.
d Nõ ἄγραφον, ſed ἔγγραφον lego.
e μετὰ προκατάρξιν.
f Lego ὁ ἀναδεχθῆναι.
g κάγκελλα.
h τὸ πλάτος τῆς ἀκατάξεως.

eſt,utpote quæ poſterius nata ſit,dicat:Si quis epiſcopum aut clericum qui ordinandus eſt,de cauſa [quapiam], quæ ſecundum leges aut canones ordinationem impedire poſsit,accuſet,ipſa ſuſpẽditor:& qui ordinaturus erat, præſente accuſatore ac [a] iudicium urgente,aut ad tres menſes accuſationẽ adimplere differente,cauſam examinato:[&] ſi quidem [ille] inſons apparuerit,ordinator:ſi uerò ſons,impeditor. Accuſator aũt qui [criminationem] nõ probauerit,aut deſeruerit, eijcitur ꝓuincia, in qua habitat. Quòd ſi ordinatio ante examinationẽ fiat,ordinatus [ſacerdotio] expellitur:qui uerò ordinauit,ad annũ à miniſterio arcetur,omniſq; eius ſubſtãtia ipſius eccleſiæ applicatur. Eadẽ quoq; dicit conſt. 17.eiuſdẽ tit. [& quidem] nõ ſolùm de ordinatione epiſcopi & clerici,uerumetiã prçſulis monaſterij. Variat aũt dicens, quòd accuſator qui [crimen] non probauerit,ſed deſtiterit,ſi clericus ſit,ſuo gradu depellatur:ſi laicus, caſtiget. Et ꝙ ſi ordinatio ante inquiſitionẽ fiat,tam qui ordinauit,q̃ qui ordinatus eſt,ſacerdotio depellatur. SCHOLIVM. Conſt.2.tit.1. Nouellarũ, eſt Nouella Iuſtiniani 123. Verùm hoc eius cap.non eſt poſitũ in Baſil. Conſt.aũt 17.tit.1.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 137.poſita [q; eſt] in lib.3.Baſil.tit.1.ca.8. themate 8. quod inſertũ eſt cap.8.tit.1.prçſentis operis circa finem. TEXTVS. Eadem conſt.2. tit.1.Nouellarũ dicit:Qui contra clericum,uel diaconiſſam,uel monachum,uel monaſtriam,uel aſcetriam,actionem habet,illorũ epiſcopũ adito:atq; is iudicato:& ſi utraq; pars acquieuerit, execútio per magiſtratum peragitor. Quòd ſi quis litigatorum intra decem dies [iudicatis] contradicat,locorũ magiſtratus negocium examinato:& [ſi rectè iudicatum eſſe uideat], ſententiam confirmato & exequitor:neq; qui iterum in hoc uictus fuerit,[amplius] prouocandi poteſtatẽ habeto. Si uerò magiſtratus contrario modo,atq; epiſcopus,iudicet,magiſtratus ſententia prouocationi obnoxia eſto:atq; ſecundum legem refertor, & examinator. Planè ſi ex iuſsione aut mandato epiſcopus iudicet, prouocatio ſententiam eius ad eum qui controuerſiã delegauit,referto. [At] ſi crimen contra dictorũ quempiam moueatur,ſi quidem apud epiſcopum,[is]q; ueritatẽ deprehendat,gradu ipſum deijcito:ac tunc [b] cõpetens iudex eum cõprehẽdito, & legitimè cauſam examinans illi finẽ imponito. Si uerò primùm apud [ciuilem] magiſtratũ [crimen] motum atq; comprobatũ fuerit,epiſcopo [c] actorũ monumenta exhibentor:qui ſi ex illis delictum deprehendat, reum à gradu ſeparato, ac illi iudex legitimã uindictã inferto. Verùm ſi epiſcopus putauerit acta nõ iuſtè cõſtituiſſe,accuſatus,donec Imperatoria Maieſtas ab epiſcopo & iudice de cauſa certior facta, quod iuſtũ ipſi uidebitur,iubeat:à ſuo gradu nõ depulſus,ſub legitima [d] fideiuſsione conſtituitor. [Proinde] ſi in pecuniarijs iudicijs [iudicare] epiſcopus differat,actor [ciuilem] magiſtratũ adeundi facultatẽ habeto: reus aũt fideiuſſorẽ nõ dato,ſed abſq; iuſiurãdo [e] pignoratíciã cautionẽ facito. In criminalib.uerò ſub legitima [f] cautione perſona quç accuſatur,conſtituitor. In eccleſiaſticis aũt epiſcopus,[ciuili] magiſtratu nullã cõmunionem habẽte, ſecundũ canones dijudicato. Epiſcopi eiuſdẽ ſynodi inter ſe [actionẽ] habẽtes, apud metropolitanũ ſuũ & alios eiuſdẽ ſynodi epiſcopos litigãto:& niſi utraq; pars [iudicatis] inſiſtat,ipſorũ patriarcha [cauſam] cognoſcito:ac nulli cõtradicendi illis q̃ ab illo ſtatuunĩ, poteſtas eſto. Si clericus aduerſus epiſcopũ ſuũ actionẽ mouere uelit,idem eſto. Cùm aũt cõtra metropolitanũ interpellatio inſtituitur,patriarcha ipſius ſimiliter cognoſcito. Epiſcopus litigãs neq; fideiuſsiões dato,neq; cõfeſsionẽ facito. Oeconomi,ptochotrophi,noſocomi,et ſimiles ſuo epiſcopo ſubſunto:& q̃d ipſos debere paruerit, exiguntor:neq; ante exactionẽ ad aliud iudiciũ recedẽdi poteſtatẽ habẽto. At ſi poſt exactionẽ iniuria ſe affectos eſſe exiſtimauerint ſi quidẽ epiſcopus iudicauit,metropolitanus [rem] examinato: ſi uerò metropolitanus,patriarcha cognoſcito. Quòd ſi quis prædictorũ ante rationũ confectionẽ & exactionẽ mortuus fuerit,hçredes eius obnoxij ſunto.

a ἐνιςάμενοι.
b ἐπίσφορος.
c ὑπομνήματα.
d ἀσφάλειαν.
e ἐνυπόθηκον ὁμολογίαν.
f ἀσφάλειαν.

SCHO.

SCHOLIVM. Conſt.2. tit.1. Nouellarum (quemadmodum diximus) Nouella Iuſtiniani 123. exiſtens, ac in lib.3. Baſil. tit.1. cap.37.38. 39. uſque ad 40. poſita, complectitur quæcunque in compendio propoſita ſunt. TEXTVS. Similiter lib.1. conſt. 41. quæ ait, quòd unoquoque anno œconomus rationem adminiſtrationis ſuæ reddat epiſcopo. Conſtit. uerò 24. tit.2. eiuſdem libri dicit, quòd œconomos urbis Conſtantinopolitanæ ſingulis, aut ſummùm alternis menſibus apud arcarios rationes conficere oporteat, alioquí ue periclitentur. SCHOLIVM. Conſt.41. tit.3. lib.1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque conſt. 24. tit.2. eiuſdem lib. TEXTVS. Qui epiſcopus aut clericus ex prouincia Conſtantinopoli ab aduerſarijs inuenitur, apud prætoriorum præfectos ſolummodo, aut eum qui ab Imperatoria Maieſtate [*ad hoc*] deſignatur, [*ſe*] tuebitur: extra quàm ſi in prouincia lis cœpta fuerit. tunc enim illic impletur. Religioſi eccleſiarum apocriſiarij pro epiſcopis aut clericis propter publicum priuatum'ue debitum non conueniuntur, aut exiguntur: niſi ſi ex mandatis epiſcoporum aut œconomorum aliquos [*ipſi*] conueniant. tunc enim ab ijſdem [*&* *ijs*] ſolis actiones ſuſcipiunt. [*Sed*] & ſi dum [*in iudicio*] reſpondēt, ſe obnoxios reddiderint, [*etiam*] inde exiſtentes actiones excipiunt. Epiſcopi & clerici per cauſam legationis aut ordinationis peregrè agentes, non conueniuntur donec reuerſi fuerint: [*ut tamen*] qui ipſos obnoxios habent, ex abſentia ipſorum circa [a] longi temporis præſcriptionem non lædantur. Citationes atque executiones clericis, monachis, aſcetrijs, & aſcetis in pecuniarijs [*cauſis ſiue*] publicis [*ſiue*] priuatis reuerēter inferuntor. Nulla monaſtria uel aſcetria è monaſterio abſtrahitor: ſed per procuratorem cauſam dicito. Monachus proprias aut monaſterij [*cauſas*] ſiue per ſe, ſiue per procuratorem agit. Si uerò contra hæc fiat, iudex [b] cingulo denudatur, & quinque libras [*auri rebus Principis*] priuatis dat: executor autem tormentis ſubditur, & in exilium mittitur: [*idq;*] cura epiſcopi, qui etiam magiſtratu ulnionem [*irrogare*] differente, [*id ad Principem*] refert. Pro citatione pecuniaria uel criminali huiuſmodi perſonæ Conſtantinopoli, atque alibicunque, non ultra quatuor ſiliquas dant. Quòd ſi quis Imperiali iuſſione aut à magiſtratu, aut à patriarcha ad citandos illos miſſus fuerit, non ultra unum ſolidum capiet. Quin ſi multæ iſtiuſmodi perſonæ in una eademq; cauſa citentur, unius tantûm perſonæ [*ſportulas*] dant. Epiſcopus rerum ſuarum nomine in ius uocatus, dat ſportulas: ſed pro rebus eccleſiæ ſuæ ne inquietatur [*quidem,*] ſed œconomus, quí ue ad id deſignatus eſt. Qui uerò contra hęc ſportulas ceperit, duplum reddit: & ſi in militia [*quapiam*] ſit, cingulo priuatur: ſi clericus, deponitur. Epiſcopus neque propter pecuniariam neque propter criminalem cauſam, citra Imperatoriam iuſsionem, ducitur aut ſiſtitur. Qui uerò cōtra hoc aut per ſcripturam aut citra ſcripturam iuſſerit, & cingulo ſpoliatur, & uiginti libris eccleſiæ epiſcopi [*applicandis*] multatut: executor autem cingulo denudatur, & tormentis ſubditus exulare iubetur. Et conſt.17. tit.1. Nouellarū: Quum epiſcopus (inquit) accuſatur, metropolitanus iudicat. Si uerò metropolitanus accuſetur, ipſius patriarcha cognoſcit. Sed ſi clericus aut monachus, eius epiſcopus. Qui autem deliquit, iudicio eius qui [*cauſam*] examinat, ſecundum canones caſtigatur. Porrò Nouella 134. De uicarijs, dicit, quòd monaſtria per nullam actionem è ſuo monaſterio trahatur. SCHOLIVM. A' præſenti loco incipit Nouella 123. quæ eſt in lib. Baſil.3. tit.1. cap.47. 48. 49. 50. 51. 52. & 53. quæ in compendio [*iam*] propoſita, quemadmodum [c] ad longum [*in ipſa Nouella*] comprehenduntur habent: atque illa [*quidem*] lege. Quòd uerò epiſcopus citra Imperiale iuſſum non ducatur, uel ſiſtatur, poſitum eſt in lib. Baſil. 3. tit.1. cap.17. quod ſic habet, ut in Compēdio propoſitum eſt. Conſtit. autem 17. tit.1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 137. poſita [*q; eſt*] in lib.3. Baſil. tit.1. cap. 20. quod circa medium ita habet, quemadmodum in textu ſcriptū eſt. Nouella

a χρονίαν παραγραφήν.
b ἀπεζώννυται.
c ἐν τῷ πλάτει.

[a] ſeptbar. 134.poſita eſt in lib.6.tit.19.cap.9.themate 5.Dicit autem 8.huius cap.ita[a] ad uerbum: Monaſtriam planè,aut aſcetriam,nullo actionis genere è ſuis abſtrahi monaſterijs aut aſceterijs concedimus.

QVOT ET QVI ADVERSVS EPISCOPOS AVT *clericos teſtimonium dicant.* Cap. II.

APoſtolorum canon 75. Concilij Chalcedonenſis canon 21.Concilij Carthaginenſis canon 31.59.128.129.130. TEXTVS. Quales eſſe oporteat qui in iudicio teſtimonium dicunt,docet tit.5.lib.22.& tit.20.lib.4. Cod. & Nouella 90.De teſtibus.Conſt.autem[b] 9.eiuſdem 20.tit.ait, quòd unus ſolus non audiatur,etiamſi honore præfulgeat.Hæreticus autem omnino contra orthodoxum non dicit teſtimonium,niſi propter curialem ſtatũ orthodoxus in ius uocetur:ut [*tradit*] lib.1.Cod.tit.5.conſt.[c]25.& Nouella,De decurionib. & cohortalib. hæreticis,45.quæ relata eſt inter paratitla tit.3.Nouellarũ. SCHOLIVM. Tit.5.lib.22.Dig.eſt tit.1.lib.21.Baſil.ac primũ [*quidem*] eius caput dicit:Fide dignos oportet eſſe teſtes,ac producuntur & in pecuniarijs & in criminalib. qui [*quidem*] lege non prohibentur aut excuſantur. Tit.20.lib.4.Cod. eſt cap.21. tit. 1.lib.21. quod ſic habet:Reijciẽdus à [*dicendo*] teſtimonio eſt, qui tumultuoſam petulantiam deſignaſſe iudicatus eſt. Nouella 90. De teſtibus,poſita eſt in lib. Baſil.21.cap.46.quæ ſic inchoat:Sancimus,& maximè in magna hac & felice urbe:quam lege uti quę ualde neceſſaria ſit,& de ijs qui teſtimonium ferre debeant permulta doceat.Conſt.9 tit.20.lib.4.Cod.poſita eſt in lib.Baſil.21.tit.1.cap. 33. themate 2. quod ita habet: Iurare teſtes prius oportet, quàm teſtimonium perhibeant. Oportet autem honeſtioribus potius fidẽ haberi. Proinde unius teſtimonium in nulla cauſa admittendum eſt,etiamſi ſenator ſit. Conſt.25.lib.1. Cod.tit.5.eſt lib.21.Baſil.tit. 1. cap. 45. quod ſic habet: Ex hæreticis Manichæi, Borboritæ,Pagani,Samaritæ,Montaniſtæ,Aſcodrogitæ, Ophitæ,uel qui Iudaicam ſuperſtitionem colunt, in nulla [*re*] teſtimonium perhibento: reliqui uerò omnes in iudicio ꝙ orthodoxũ litigatorem habet,ne admittuntor:in cæteris autem omnibus contractibus,teſtamentis aut iudicijs, quę hæreticos litigatores habent,[d] quò latior facultas probationum ſit, ſine diſtinctione teſtantor. Quæ uerò in[e] tali conſtitutione de decurionum ordine & ſtatu continentur,non ſunt poſita in Baſil.ſed neque Nouella Iuſtiniani 45. quæ inter paratitla poſita [*eſt.*]

[b] In lib. noſtris 8.
[c] In lib. noſtris 12.
[d] τῶ πλάτους χάριν τῶν ἀποδείξεων.
[e] Nulla in ea conſt. decurionum ſit mentio.

SI QVIS VBI DE MVLTIS CRIMINIBVS CLEricum *accuſauit,primùm propoſitum caput non probet.* Cap. III.

C Oncilij Carthaginenſis canon 134.

DE IIS QVI SVIS EPISCOPIS NON OBEDIunt. *&, De epiſcopo, qui à ſuo epiſcopo eiectum aut à communione excluſum recipit.* Cap. IIII.

COncilij Antiocheni canon 5.6.Concilij Carthaginenſis canõ 9.29.62.79. 122.& 138.

[f] Ἀμφ. DE [f]CONTROVERSIIS EPISCOPORVM ET *clericorum.* Cap. V.

APoſtolorum canon 74.Concilij Antiocheni canon 14.15. Concilij Chalcedonenſis canon 9.17.Concilij Sardicenſis canon 3.5.14. Concilij Carthaginenſis canon 15.28.120. 121, 125. TEXTVS. Quæ in hoc cap. annotari debeant,coniunxi annotationibus præcedentis [*1.*] cap. Illic igitur [*tractatum*] de pecuniarijs aut criminalibus cauſis quærens,lege.

DE RETRACTATIONE SENTENTIARVM *epiſcopalium.* Cap. VI.

COncilij Antiocheni canon 6. Concilij Sardicenſis canon 3.4.5.14. Concilij Carthaginenſis canon 14.15.28.79.96.122.125. TEXTVS. Conſt. 8. tit. 4. lib. 1. ait, quòd ſententiæ epiſcoporum ſimiles ſint ſententijs præfectorum, à quibus prouocare non licet. Et conſtit. 29. eiuſdem tit. Siue ſolus metropolitanus, ſiue cum ſynodo ſua epiſcopi aut clerici [*cauſam*] iudicet, & ſententiæ non acquieſcatur, [*eius*] ditionis patriarcha cognoſcit: ipſiusq́ iudicatis, perinde atque ſi ab initio iudicaſſet, inſiſtitur. A' patriarcharum namque ſententijs non prouocatur. Idem etiam conſt. 2. tit. 1. Nouellarum [*tradit,*] quæ dicit: Quòd ſi quis eorum qui apud epiſcopos litigant, intra decem dies [*iudicatis*] contradicat, locorum magiſtratus negocium examinato: & [*ſi rectè iudicatum eſſe uideat*] ſententiam confirmato & exequitor: neque qui iterum in hoc uictus fuerit, [*amplius*] prouocandi poteſtatem habeto. Si uerò magiſtratus contrario modo, atque epiſcopus, iudicet, magiſtratus ſententia prouocationi obnoxia eſto: atq́ ſecundum legem refertor & examinator. Cæterùm ſi ex iuſsione aut mandato epiſcopus iudicet, prouocatio ſententiam eius ad eum qui controuerſiam delegauit, referto. SCHOLIVM. Conſt. 8. tit. 4. lib. 1. non eſt poſita in Baſil. neq́ eiuſdem tit. conſt. 29. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt cap. 33. Nouellæ 123. quod poſitum eſt in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 44. ac dicit eadem ferè, quæ in textu ſub compendio ſunt propoſita. Veruntamen in fine eiuſdem cap. Nouella hæc dicit: Si eccleſiaſticum negocium ſit, nullam communionem habento ciuiles magiſtratus cum ea controuerſia: ſed religioſiſs. epiſcopi ſecundum ſacros canones negocio finem imponunto. Legas etiam 45. cap. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod pars eſt 123. Iuſtinianeæ Nouellæ, atque hæc dicit: Præterea ſi qui eiuſdem ſynodi religioſiſſ. epiſcopi aliquam inter ſe controuerſiam habeant, ſiue de iure eccleſiaſtico, ſiue de quibuſdam alijs rebus: priùs metropolitanus ipſorum cum alijs duobus eiuſdem ſynodi epiſcopis rem dijudicato. Et niſi utraq́ pars iudicatis inſiſtat: tunc beatiſſ. patriarcha illius diœceſeos audientiam ipſis accommodato: & illa ſtatuito quæ eccleſiaſticis canonibus & legibus concinunt, neutra parte ſententiæ eius contradicere queunte, &c.

SI EPISCOPVS ADVERSVS [a] COLLEGAM [A*ctionem*] *habens, non agat, ſed* [*cum illo*] [b] *tractet.* Cap. VII.

a συνεπίσκοπον.

b Pro χαρίπραξει, quod neſcio quid hic ſignificare poßit, fortè legendum eſt, χαριστάσει.

COncilij Carthaginenſis canon 20.

QVANDO EPISCOPVS CONTRA EPISCOPVM *apud ciuilem magiſtratum* [*actionem*] *mouere poßit.* Cap. VIII.

COncilij Carthaginenſis canon 48.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI INIVSTE [*ex eccleſiaſtico ordine*] *eijciuntur.* Cap. IX.

COncilij Nicæni ſecundi canon 4. Concilij Sardicenſis canõ 14.18.19. TEXTVS. Conſt. 23. tit. 3. lib. 1. Cod. facit mentionẽ [c] Flauiani, & eijcit Eutychetem. Conſtit. uerò 33. eiuſdem tit. ait: quòd non oporteat epiſcopos aut clericos cogere aliquos, ut fructus offerant aut angarias præſtent: uel propterea uexare, uel excommunicare, uel anathemate ferire, uel non baptizare, uel [d] euchariſtiæ ſacramentum non porrigere: tametſi conſuetudine id inualuerit. Tranſgreſſorem autem ab eccleſia eius'que adminiſtratione excidere, ac decem libras dare. Atque hæc quidem in ſola regia urbe, eius'que territorio, & locis aut ad metropolitanos qui à patriarcha ordinantur, aut ad epiſcopos qui ab hiſce [*metropolitanis*] creantur, pertinentibus obtinere.

c In lib. noſtris Fabiani.

d κοινωνίαν.

h 3 Et conſt.

Et conſt. 2. tit. 1. Nouellarum ait, quòd epiſcopus aut presbyter, qui citra cauſam in canonibus comprehenſam à communione quempiam ſegregat: reſoluta ſeparatione per maiorem ſacerdotem, ipſe quantocunque tempore ſacerdoti cui ſubeſt uiſum fuerit, à communione excludatur. SCHOLIVM. Conſt. 23. tit. 3 lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque conſt. 38. eiuſdem tit. nec uerò illis animum aduertas. Conſt. autem 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. ac eſt in lib Baſil. 3. tit. 1. cap. 24. & ſic habet: Omnibus epiſcopis & presbyteris interdicimus, ne quempiam à ſacra communione priùs ſegregent, quàm cauſſa monſtretur, quamobrem eccleſiaſtici hoc canones fieri iubent. Si quis autem hæc contra à ſancta communione aliquem ſeparauerit: ille quidem qui iniuſtè à communione ſeparatus fuit, reſoluto uinculo per maiorem ſacerdotem, ſancta dignus habeatur communione. Is uerò qui iniuſtè aliquem à ſancta ſeparare communione auſus fuerit, omnibus modis per ſacerdotem ſub quo collocatus eſt, à communione ſeparabitur, quantocunque tempore illi uiſum erit: ut quod iniuſtè alij fecit, ipſe iuſtè ſuſtineat.

DE HIS QVI AB ECCLESIA VEL COMMVnione *ſeparantur, aut eijciuntur.* Cap. X.

APoſtolorum canon 12. 13. 51. Concilij Nicæni canon 5. 12. 13. Concilij Antiocheni canon 6. Concilij Laodiceni canon 36. Concilij Chalcedonenſis canon 4. 16. Concilij Sardicenſis canon 13. 14. Concilij Carthaginenſis canon 65. Concilij ſexti canon 21. TEXTVS. Conſt. 14. tit. 3. lib. 1. Si (inquit) qui iudicio epiſcoporũ ab epiſcopâtu detruſus eſt, contra quietem publicam aliquid faciat, & inuadere eundem epiſcopatũ uelit: procul ab urbe ad centum [*paſſuum*] millia propellitur: nec adeundi Principem, aut accipiendi reſcriptum facultatẽ habet: quin etſi [*reſcriptum*] impetrarit, nullum [*inde*] commodum capit: ac defenſor [*eius*] indignationem ſubit. Et 23. conſt. eiuſdem tit. Eutychetem eijcit. Et conſt. 5. tit. 1. Nouellarum, Petrum, Anthimum, Seuerum, & Zooram expellit: ijs qui Seueri ſcripta habent, nec comburunt, alias pœnas & abſciſsionẽ manuum interminata. Conſt. uerò 2. tit. 1. Nouellarum ait, quòd ſi epiſcopus, qui [a] ob cauſam canonibus agnitam ſacerdotio excidit, ingrediatur urbem ex qua eiectus eſt, aut derelinquat locum in quo degere iuſſus eſt: in monaſteriũ alterius prouinciæ conijciatur. SCHOLIVM. Conſt. 14. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 1. quod eadem dicit. Conſt. 23. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſt. 5. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani [b] 41. Hoc autem eius cap. non eſt poſitum in Baſil. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſitaq́; eſt in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 26. quod ſic habet: Certè ſi quis epiſcopus quum ſecundum ſacros canones ſacerdotio eiectus eſt, ingredi ciuitatem auſit ex qua eiectus, aut locum derelinquere in quo degere iuſſus eſt: iubemus, hũc in monaſterium in alia prouincia conſtitutum tradi.

a [illegible]

b *In lib. noſtris* 42.

OB CVIVSMODI CAVSAS EPISCOPVS, AVT CLERI*cus, aut laicus* [*à communione*] *ſegregetur. &, Si epiſcopus accuſatus per libellum epiſcopatum recuſet. &, Quòd non oporteat* [*ſemel*] *epiſcopum factum,* [*poſtmodum autem ſiue*] *iuſta ſiue iniuſta de cauſa eiectum, ad presbyteri gradum deduci.* Cap. XI.

APoſtolorum canon 5. 8. 9. 11. 12. 13. 15. 16. 20. 24. 30. 36. 43. 45. 48. 51. 57. 58. 59. 65. 67. 70. 71. 72. 73. 76. 84. Concilij Chalcedonenſis ex actis Photij epiſcopi Tyri, & Euſtathij epiſcopi Beryti, Concilij ſexti canon 20. & quæ in eo apparentem in canonibus contrarietatem ſoluunt, Concilij Ancyrani canon 13. Concilij Neocæſarienſis canon 1. Cyrilli ex epiſtola ad Domnum cap. 1. 3.

QVOD QVANTO TEMPORE EPISCOPVS NON *communicat cum eo qui ab ipſo [ſine iuſta cauſa] excommunicatus eſt, [tanto] etiam alij epiſcopi cum ipſo qui excommunicauit, non communicent.* *Cap.* XII.

COncilij Carthaginenſis canon 137.

QVOT EPISCOPI EPISCOPVM DEPONANT. *Caput* XIII.

COncilij Conſtantinopolitani aduerſus Arabiæ epiſcopos [*habiti*], Concilij Carthaginenſis canon 12. & 20. à duodecim [*uidelicet*], & ſex, & tribus epiſcopis.

PROPTER CVIVSMODI CAVSAS ALIQVIS DE*ponatur.* *Cap.* XIIII.

APoſtolorum canon 3.5.6.7.11.20.23.25.27.29.30.31.35.42.44.45.46.47.49.50. 51.52.53.55.59.60.62.63.64.65.66.68.69.70.81.83. 84. Concilij Nicæni canon 2. 10.13. Concilij Ancyrani canon 10.14.15. Concilij Neocæſarienſis canon 1. Concilij ſexti canon 3.4.5.9.11.86.97. Baſilij canon 70.

OB QVALES CAVSAS ALIQVIS SIMVL ET EX*communicetur & deponatur: aut deponatur, & à communione uel eccleſia ſeparetur.* *Cap.* XV.

APoſtolorum canon 28.29.30.65.

QVAS OB CAVSAS CLERICVS AVT LAICVS A*nathemate feriatur.* *Cap.* XVI.

COncilij Gangrenſis canon 18. Concilij Chalcedonenſis canon 2. 7. Baſilij ex epiſtola ad Gregorium presbyterum.

DE EODEM [DELICTO] BIS NON ESSE EXI*gendam uindictam.* *Cap.* XVII.

APoſtolorum canon 25. Baſilij canon 3.32.51.

OB QVAS CAVSAS ALIQVIS OMNINÒ [AB *eccleſia] eijciatur.* *Cap.* XVIII.

APoſtolorum canon 28.51.62. Concilij Antiocheni canon 4. Concilij Laodiceni canon 36. Concilij ſexti canon 21.

QVANDO ALIQVIS SEDEM STATIONEM QVE *ſacerdotalem retineat, non autem reliquorum quicquam facit.* *Cap.* XIX.

COncilij Ancyrani canon 1.2. Concilij Neocæſarienſis canon 59. Concilij ſexti canon 3.26. Baſilij [*canon*] 27.70.

NE CREDATVR EPISCOPO DICENTI, CLERI*cum priuatim confeſſum eſſe peccatum.* *Cap.* XX.

COncilij Carthaginenſis canon 136.

DE EPISCOPIS AVT CLERICIS CARNES IN *ſanguine, aut à beſtijs captas, aut morticinas edentibus.* *Cap.* XXI.

APoſtolorum canon 63. Concilij Ancyrani canon 3. Concilij ſexti canon 67.

QVOD

QVOD EPISCOPI, PRESBYTERI, DIACONI, ET *quotquot ſacra tractant, ab uxoribus ſuis abſtinere debeant.*
Cap. XXII.

COncilij Carthaginenſis canon 3.4.25.70. Concilij ſexti canon 12.13.

DE CLERICO DEBILES SVBSANNANTE.
Cap. XXIII.

APoſtolorum canon 57.

DE CLERICO SIBI VIRILIA AMPVTANTE.
Cap. XXIIII.

APoſtolorum canon 23. Concilij Nicæni canon 1. Concilij primi & ſecundi in æde ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 8. Lege quæ ſuperius annotata ſunt in cap. 14. tit. 1. præſentis operis.

DE CLERICIS APOSTATIS, IMMOLATORIBVS, *magis, incantatoribus, aſtrologis, mathematicis, diuinatoribus, ueneficis, & [a] amuleta appendentibus.*
Cap. XXV.

a περιάπτων.

APoſtolorum canon 62. Concilij Ancyrani canon 1.2. Concilij Laodiceni canon 36. ſancti Baſilij canon 73. TEXTVS. De ueneficis, mathematicis, ſimilibusq; tit. 18. lib. 9. Cod. conſt. 1. hæc ſtatuit: Plus eſt ueneno, quàm gladio occidere. Conſt. 2. Geometriã ſcire utile eſt: ars autem mathematica interdicta eſt, & damnata. Conſt. 3. Nullus artifex, aut ſacerdos, aut eorum quiſquam qui huic ritui miniſtrant, ob ullam omnino cauſam ad aliquem, tametſi amicus ipſius ſit, introeat: alioquin & ipſe concrematur: & qui ipſum euocauerit, poſt bonorum confiſcationem deportatur: & quilibet accuſat. Conſt. 4. Qui magicis artibus ſaluti hominum aut pudicitiæ inſidiantur, puniuntur: nõ autem qui [*per illas*] hominibus medentur, aut fructuum prouentum uberem conſeruant, imbres aut grandines auertentes. Conſt. 5. Nemo aut uatem, aut aruſpicem, aut augurem conſulat: neque diuinet Chaldæus, aut mathematicus, aut quiſpiam ſimilis. Qui contra hæc fecerit, decollatur. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit. 18. lib. 9. Cod. poſita eſt in lib. 60. Baſil. tit. 39. cap. 21. quod etiam ita habet, ut in Compendio propoſitum eſt. Conſtit. 2. eiuſdem tit. & lib. eſt eiuſdem tit. & lib. cap. 22. Similiter conſtit. 3. eiuſdem tit. & libri, eſt eiuſdem tit. & libri cap. 23. Veruntamen non ſcriptum eſt in Baſil. quemadmodum priùs legebatur, ſed ita habet: Et per [b] mactationes uaticinari. Talis uerò gladio punitor. Et qui hũc euocauerit aut ſuaſionibus aut præmio, confiſcationi & exilio obnoxius eſt. Accuſator autem huius criminis non delator eſt, ſed magis præmio dignus habetur. Conſidera igitur, ad clementiorem formam recidiſſe uetera iura, nec qua prius ui prædita erant, [*cum ea*] in Repurgatione eſſe poſita. Abrogatum eſt enim, ut [c] author ſceleris concremetur, & illi qui euocarunt deportentur. Ad eundem etiam modum omiſſum eſt aruſpicum [*nomen*]: &, ne quis horum ad quenquam, licet amicus ipſius ſit, introeat. Prohibitum autem tantùm eſt per mactationes uaticinari. Hoc igitur nota. Conſtit. 4. eiuſdem tit. & lib. Cod. eſt eiuſdem tit. & lib. Baſil. cap. 24. Verùm neq; hoc inſertum eſt, quemadmodum poſitum fuerat [d] ad longum: ſed prætermiſſum eſt, ne punirentur, qui medendi corporibus, aut fructuum prouentum uberem conſeruandi cauſa magicum quidpiam facerẽt, & imbres aut grandines prohiberent. Atq; [*illud quidẽ*] caput hunc ad modum inſertum eſt. Conſt. ait, quòd qui magicarum artium exercitio pudicos animos ad libidinem traxerit, aut contra ſalutem hominum [*aliquid*]

b θυσιῶν.

c αὐτουργός.

d ἐν τῷ πλάτει.

[*aliquid*] molitus fuerit, confiſcatione & exilio puniatur. Ne ergo animum illis adhibeas, quæ in textu ſcripta ſunt, ſed quæ poſita ſunt in Baſil. Quoniam & à legibus, & a ab illis quæ in textu poſita ſunt, definitum eſt, ut puniantur non ſolùm qui propter aliquam cauſſam magica quæpiam faciunt, uerumetiam qui ipſos accedunt: tametſi tanquam boni cuiuſpiam cauſſa [*quicquam*] exquirant, uelut quando de ubertate fructuum conſulunt. Similiter etiam conſtit. 5. eiuſdem tit. & lib. Cod. eſt eiuſdem lib. & tit. Baſil. cap. 5. quod ita ait: Nemo diuinandi artem profitentem conſulat. Chaldæi & magi ne in ipſis quidem diuinationibus ſe [*conſulendos*] præbeant, & b in capitale ſupplicium ferri obnoxij ſint. ALIVD SCHOLIVM. Nota etiam ex inſertis præſentis 25. cap. interpretationi conſtitutionibus, quòd tametſi ex Dig. & Cod. quæ ante Repurgationem in republica obtinuerũt, capitali ſupplicio comprehenderetur concremari, decollari, & in furcas ſuſpendi: non tamen Imperator qui legum Repurgationem fecit, & Baſilica compoſuit, illa recepit, & conſtitutionibus ex Cod. Baſilicis inſertis hæc tria non appoſuit. Ne igitur aduerſeris poſitis in tit. 1. lib. 60. legibus, quæ digeſta ſunt: & capitale ſupplicium eſſe concremari, decollari, & in furcas ſuſpendi, dicunt. Si enim quæ hæc ſtatuunt conſtitutiones, cùm recentiores ſint, non receptæ ſunt: multo [*profectò*] minus [*ſunt recepta*] digeſta. Applica igitur animum cap. 38. inſertis legibus, ut quæ iuniores ſint: non autem digeſtis, quę uetuſtiora ſunt, nec ullam amplius functionem habent. ALIVD SCHOLIVM. Nota item ex præſenti 25. cap. quòd quemadmodum ut aliqui concrementur, ab Imperatore (quomodo in præſentis cap. interpretatione diximus) non receptum eſt: ita neque ut Chaldæi & magi decollentur, c ſed pro hoc ferri pœna iniuncta eſt. Breuiter igitur, decollari, concremari, in furcam ſuſpendi, lapidari, in profundum proijci, non capitalem pœnam, d ſed diram mortem eſſe: capitalem autem pœnam eſſe deportationem, excæcationẽ, manus exectionem, & reliqua quæ reditus tempus punito dant, & ut diu qui deliquit, puniatur, [*illum omnino*] exterminant: quum ex alijs multis, tum uerò etiam ex his colligens, dic, quòd quæcunque iura præſenti doctrinæ contraria in Baſil. inueniuntur, digeſta ſint, nec (quia iure receptum ſit, ut, quando conſtitutiones & digeſta de una eadem que [*re diuerſa*] ſtatuunt, illæ digeſtis præferantur) authoritatem iuris obtinere debeant: &, quòd legibus omnibus quę Nouellis, ut benigniùs leges interpretemur, atque ita ſententias feramus, placeat. Ne itaque mireris, Concilium Conſtantinopolitanum temporibus ſanctiſſ. illius patriarchæ Dn. Michaelis Oxitæ, ut Bogomili concremarentur, & ſtatuiſſe & mandaſſe. Veri enim ſimile eſt, de legibus tunc tractatum non fuiſſe. Quin potiùs, quòd Bogomili mordicus & obſtinatè ſuæ hæreſi inhærentes, tanquam [*conſtantiæ ſuæ*] teſtimonium, concremationem præripuerint. Ego autem ſciens nullum unquam canonem ſupplicium permiſiſſe (nõ enim eccleſiaſtica lex, ſed ciuilis, corporales pœnas nouit) etiamnũ miror, quomodo Conciliũ iſtiuſmodi tum tulerit ſententiam. Siquidẽ excidere ẽ Chriſtianorũ corpore hæreticos docti ſumus: ſupplicio aũt ipſos afficere non didicimus. Verùm cùm obſtinati ſunt, ciuili legi tradimus, atq; à magiſtratib. in illos ſententiæ feruntur. TEXTVS. Conſt. 6. Qui elementa turbant, aut inimicos ſuos per e manes occidunt, à feris abſumunt. Conſt. 7. Cùm ubiq; maleficia odioſa ſint, qui in Imperatorio [*comitatu*] magi, arioli, in enarrãdis ſomnijs diuinãtes, aut aruſpices inueniuntur: torquentur, & negantes ac [*facinus*] probantibus repugnantes [*in aculeo ungulis*] inciduntur, nullum ualentes habere priuilegium. Conſt. 8. Similia ſunt prohibita diſcere, & docere. Conſt. 9. Qui nouerit præſtigiatorem aliquem, ipſumq; in pręſtigiatura occupauerit: [*illum*] tradito. Si quis uerò [*agitatorum ſiue*] aurigarũ, alius' ue quiſpiã cõtra hoc fecerit, aut clandeſtinis ſupplicijs oppreſſerit, ultimo ſupplicio afficit. Suſpicio eſt enim, ipſum

a ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κειμένων.

b ἀλλὰ παραλυτικῶς τῇ σιδήρᾳ τιμωρίᾳ ὑποκείσθωσαν.

c ἀλλ' ἀντὶ τούτου τὰ διὰ σιδήρου τιμωρία ἐπετράπη.

d Pro ἄλλην, lego ἀλλά.

e δαιμόνων.

hoc tanq̃ inimico feciſſe, aut [*certè ideo*], ne ille [a] facinoris ſocios publicaret. Dicit uerò etiā lib. 1. Cod. tit. 4. conſt. 3. quòd præſtigiatores in dieb. Paſchalibus & includantur & uinciantur. Et conſt. 10. eiuſdem tit. quòd mathematici qui non cō crematis coram epiſcopo libris ſuis ad orthodoxam fidem acceſſerint, omni ciuitate pellantur: &, ſi in ciuitate [*aliqua*] fuerint deprehenſi, uel ceremoniarū ſuarū profeſsionem publicauerint, deportentur. SCHOLIVM. Nota etiam ex præſenti cap. quòd neq;, ut à beſtijs interimantur, qui per manes inimicos ſuos occidunt, receperit conſt. 6. Baſil. inſerta: ſed etiam hos gladio puniri conſtituerit. Attēdas igitur pauloantè ſcriptę noſtrę interpretationi. Conſt. 6. eiuſdem tit. & lib. Cod eſt tit. 39. lib. 60. Baſil. 29. quod ſic habet: Qui ad nocendum hominib. manes euocant, gladio puniuntor. Conſt. 7. eſt cap. eiuſdem tit. & lib. 27. quod ita ait: [b] Dignitatibus prædíti tormentis non ſunt obnoxij, niſi [c] in crimine lęſę Maieſtatis. Sed & ſi qui magi, aut qualemcunq; diuinandi artem modicè profiteri deprehenſi fuerint, nullo dignitatis priuilegio utuntor. Conuenit enim ipſorum facinori, ut pœnas luant, ſi in comitatu [*Principis*] id committant. Vide igitur, quomodo hîc quoque aruſpices, quiq; ex ſomnijs diuinant, omiſsi ſint, ac qualiſcunque diuinatio latiùs [d] prohibeatur. Similiter etiam, ut negantes contra generalem regulam, quæ accuſatores [*criminationem*] probare uult, omnino [*in aculeo ungulis*] ſulcentur, omiſſum eſt. Conſtit. 8. eſt cap. 28. eiuſdem 39. tit. quod ſic habet, ut in Compendio propoſitum eſt. Conſt. 9. eſt ult. cap. tit. 39. eiuſdem 60. lib. quod eadem narrat. Conſtit. 3. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 26 tit. 17. lib. 7. quod ita habet: Primo Paſchali die, etiam nulla ſpeciali Imperatoria iuſsione in hoc præueniente, omnes qui in carceribus ſunt, abſoluantor: niſi ſi aut ſacrilegus, aut adulter, aut uirginum raptor, aut ſepulchrorum uiolator, aut ueneficus ſit: niſi falſam monetam excepterit: niſi uel homicida uel parricida, uel aduerſus Principem Vrbem'ue [*quippiam*] molitus ſit. Conſt. uerò 10. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 17. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod ſic habet, ut in Compendio propoſitum eſt. TEXTVS. Et tit. 11. eiuſdem lib. conſtit. 2. Nemo per extorum ſectionem diuinato. Acerbè enim punitur, qui contra uetitum præſentium uel futurarum [*rerum*] explorat ueritatem. Lib. 5. tit. 17. conſtit. 8. Maritus deprehendens uxorem ſuam ueneficam [*eſſe, miſſo*] repudio rectè ſoluit matrimonium: & ediuerſo mulier, ſi uir ueneficus fuerit. Similiter etiam Nouella, quæ de repudijs [*tractat.*] Lib. 7. tit. 65. conſtit. 2. Veneficij condemnatus, ſi quidem argumentis, teſtibus, atque ſua ipſius [e] confeſsione conuictus fuerit, non poteſt appellare: ſi uerò teſtibus, [f] inſtrumentis, alijs' que argumentis, non autem ſua confeſsione [*conuictus,*] uel formidine tormentorum [g] confeſſus ſit, prouocare non impeditur. Lib. 9. tit. 41. conſtit. 3. Primùm ſerui alieni torquentur, & quando de crimine uerìſimilia dicere uidentur, tunc qui uenenum porrexiſſe dicitur, torquetur. Et tit. 47. eiuſdem libri conſtit. 16. Non eſt in ueneficos ferenda ſententia, priuſquam per rei confeſsionem, tormenta, atque concordantia teſtimonia probatum fuerit crimen. SCHOLIVM. Conſt. 2. tit. 11. lib. 1. Cod. eſt cap. 7. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod ait: Nemo iecur & exta inſpiciens, crucifixionis pœnam formidans futura exploraro. Conſtit. 8. tit. 17. lib. 5. Cod. non eſt poſita in Baſil. quòd [*uidelicet,*] quæ in Nouella 117. de repudijs comprehenduntur, ſufficiant. Docet enim inde etiam dirimi cōiuges, quòd alter alterius uitę malis artibus aut ueneficio inſidiatus ſit. [*Eſt autem*] poſita in lib. Baſil. 28. tit. * & * ſimiliter 117. Conſt. 2. tit. 65. lib. 7. eſt cap. 136. tit. 1. lib. 9. Baſil. quod ita dicit: Qui manifeſtè de criminibus conuicti ſunt, & confeſsi, nō amplius ꝓuocare poſſunt. Neq; uerò temerè rei uoci credendum eſt. Nota aūt, quòd quanq̃ [h] ipſa conſt. de ijs ſolum qui ueneficij damnantur, tractet: is tamē qui Baſil cōpoſuit, de quibuſcunq; criminū reis legē hāc propoſuerit Nota itē quod in fine dicitur, ne facilè ijs credatur, qui aduerſum ſe confitentur. Quęras

[uerò]

a συνίστορας.
b ἀξιωματικοί.
c ἐπὶ τῆς καθοσιώσεως.
d Pro ἐκολάσθη, punitū eſt, lego ἐκωλύθη.
e καταθέσεως.
f δικαιωμάτων.
g κατέθετο.
h τὸ πλάτος.

[*uerò*] etiam lib.60.tit.50.cap.1.thema 7. quod ſic ait: Non eſt credendum confeſsionibus reorum, niſi etiam euidens probatio iudicem inſtruat. & lib. 9. tit. 4. cap.1. quæq; illic annotata ſunt. Conſt.3.tit.41.lib.9.Cod.eſt cap.25.tit.50. lib. 60.Baſil.quod dicit:Si mulier accuſetur,tanquam ueneno maritum ſuum occiderit,& aduerſus illã ſerui non ſolùm proprij,ſed& alieni examinẽtur:primùm autem alieni,ſitq; uerum demonſtratum argumentum: ipſa quoq; mulier torquetur.Conſt.16.tit.47.lib.9.Cod.eſt cap.56.tit.51.lib.60. quod ait: Ne facilè iudex capitalis pœnæ [*ſententiam*] proferto: niſi prius reus per ſuam confeſsionẽ, aut teſtium interrogationem ſiue tormenta ita conuictus ſit, ut uix ſibiipſi aduerſari poſsit. Cæterùm præſens cap.etiam ad thema 7.cap.1.tit.50.lib.60.interpretare. TEXTVS. Et lib.10.tit.15. conſt.1. Licet unicuique in ſuo loco ſine ſacrificijs aliqua'ue legibus odioſa arte theſaurum quærere, ac fruitur inuento, neq; licet de ea [*re ad Principem*] referre. De apoſtatis dicit tit.7.lib.1.Cod.conſt. 1. quòd qui ex Chriſtiano Iudæus factus eſt, [*eius bona*] confiſcentur. Conſtit. 2. Qui dicit defunctum teſtari non potuiſſe, quòd ex Chriſtiano Paganus aut Iudæus factus ſit: intra quinquennium agit. Conſt.3. Qui ex orthodoxo hæreticus factus eſt, non conuerſatur cum hominibus, neque teſtimonium dicit, neque teſtamenti factionem habet, neque [a] in hæreditatibus ſuccedit, neque ut in alijs criminibus, pœnitentiæ [*remedium*] habet. Nouella tamen 37. quæ de eccleſijs Africanis diſſerit, orthodoxis qui ab hæreticis baptizati ſunt, pœnitentiæ tempus tribuit. Conſt.4. Qui Chriſtianus [*à fide*] defecerit, & ſacrificauerit, alij'ue ſacrificare mandauerit, non oppoſiturus longi temporis præſcriptionẽ à quocunque accuſatur, & neque ex quo deſciuerit donat, neque uenditionis ſpecie legi fraudem facit: [*inſuper*] non teſtatur, ſed ab inteſtato cuncta ipſius cognatis competunt, quibus etiam poſt mortem permittitur accuſare, tametſi aduerſus profanum [*adhuc*] uiuum nulla facta ſit conteſtatio. Euertuntur ipſorum donationes & teſtamenta, atq; ijs qui à lege uocantur competunt. Conſt. 5. Quicunque ſeruum uel ingenuum Chriſtianum, inuitum uel ſuaſione ad nefandum religionis ritum traduxerit: capite punitur, bonaq; eius confiſcãtur. Conſt. 6. Qui clericus aut monachus orthodoxus Eutychetis aut Apollinaris dogmata ſectatus fuerit, tenetur legibus aduerſus hęreticos [*latis*:] & prout de Manichæis ſancitum eſt, extra Romanam rempublicam profligatur. SCHOLIVM. Conſt.1.tit.15.lib.10.Cod.eſt ca.13.tit.7.lib.Baſil.56.quod ſic ait: Vt in ſuis aut alienis locis theſaurum quærere permittatur, nemo preces offerto. Neque tanquam ipſe, uel tanquam alius quiſpiam theſaurum inuenerit, [*quiſquam*] ſupplicato. Nam ſi quidem in ſuis locis, ſiue ullo ſcelerato ſacrificio aut alia quapiã arte legibus uetita theſaurum (id eſt, conditas ab aliquibus pecunias [*longo*] tempore ignoratas) inuenerit, inuentis liberè fruitor: neq; ulli Dei beneficium ad illum calumniandum conuertũto. Poſtquam uerò hoc lege conceſſum eſt, ſuperfluum fuerit de eo preces offerre: quippe cùm Princeps omnium preces præuenerit. In alieno porrò loco, neque inuito [b] neque [*non*] uolente aut ignorante domino, quiſquam theſaurum quęrere audeto: ſed ſiue preces obtulerit, ſiue non oblatis precibus contra hanc legem in alieno loco ſcrutando theſaurum inuenerit: inuenta ad loci dominum pertinento: inuentor autem tanquam qui legem temerauerit, uehementer punitor. Quòd ſi quum neque quæſiſſet, neque preces obtuliſſet, ſed dum fortè araret, alias'ue alienam terram coleret, non perſcrutandi ſtudio in alieno loco aliquis theſaurum repererit: inuentorũ dimidium ipſe lucrator, alterum uerò loci domino dato. Quæras etiam lib. Baſil.15.tit.1.cap.67. Conſt.1.tit.7.lib.1. Cod.eſt cap.23 tit.54. lib. Baſil. 60. quod expreſſè habet, ut ſcriptum eſt. Conſt. 2. eiuſdem tit. & lib. eſt cap. 24. eiuſdem tit. & lib. Baſil. quod ſic habet, ut in Compendio propoſitũ eſt. Conſt. 3. eſt cap. 25. quod ſic habet: Qui ſanctum baptiſma prodit, teſtimonium non dicit, neq; teſtamen-

a κληρονομεῖ.

b Lego, μηδὲ μὴ βουλομένου, ut ſui ſimile hoc cap. ſit, atque cum l. C. conueniat.

ſtamentum facit, neque ulli in hæreditate ſuccedit. Apoſtata enim habetur. Animaduerte igitur, id quod [a] in textu poſitum eſt, ne [*uidelicet*] iſtiuſmodi cum hominib. conuerſentur: &, ne ipſi pœnitentiæ tempus habeant: non eſſe additum in Baſil. ſed tanquam ab humanitate alienum, expulſum. Itaq; propter hęc etiam Baſil. architecto ſunt agendæ gratiæ. Nouella Iuſtiniani 37. quæ de eccleſijs Africanis [*tractat*], non eſt inſerta Baſil. Conſt. 4. memorati 7. tit. lib. 1. Cod. eſt cap. 26. dicti 54. tit. lib. 60. quod ſic habet, ut in Compendio propoſitum eſt. Conſt. 5. eſt cap. 27. eiuſdem tit. & lib. quod eadem receſet. Conſt. 6. eſt cap. 28. illius tit. quod ſimiliter iubet. TEXTVS. Lib. 1. tit. 9. conſt. [b] 18. Iudæus, qui eum qui Iudaicæ religionis non eſſet, contraria doctrina ad illam traduxerit, bonorum proſcriptione damnatur, [c] miſerumq; in modum punitur. Cæterùm de iſtiuſmodi in Dig. etiam tractatur. Ait enim lib. 9. tit. 2. digeſt. 7. quòd qui ſeruo uenenum pro medicamento dedit, ad ipſius precium [*præſtandum*] teneatur, ut qui cauſam mortis præbuerit. Scias autē, quòd actioni [*etiam*] locus [*ſit*,] ſi medicamentum perperam dederit, ut digeſt. 8. [*att.*] Similiter etiam de [d] obſtetrice digeſt. 9. Lib. 10. tit. 2. digeſt. 4. In hæreditate reperta mala medicamenta, aut magici ſimiles'ue libri inter hæredes non diuiduntur: ſed iudicis arbitrio corrumpuntur. Lib. 18. tit. 1. digeſt. 35. Venena mala non uenduntur. Si tamen [*alijs materijs*] miſta, utilia ſint, ut de antidoto [*dici debet*,] uenduntur. Lib. 47. tit. 10. digeſt. 15. Qui medicamento alicuius mentem alienauerint, tenentur iniuriarum actione. Si uerò qui aſtrologiam aliam'ue uetitam diuinationem exercet, conſultus, [*aliquem*] furem dixerit, qui non erat: tenetur conſtitutionibus. Lib. 48. tit. 8. digeſt. [e] 2. Tenetur lege [*Cornelia*] [f] de ſicarijs, qui uenenum necandi hominis cauſa [*uel*] facit, uel uendit, uel habet. Sunt autem etiam uenena quæ ſanant, & quæ amatoria dicuntur. Si uerò quiſpiam licet non malo [g] animo mulieri [h] medicamentum ad conceptionem dederit, eaq; [*ex eo*] mortua ſit: [i] relegatur. [*Similiter*] etiam pigmentarius, qui temerè alicui cicutam, ſalamandram, aconitum, pityocampam, bupreſtum, mandragoram, aut cantharidas dederit.

SCHOLIVM. Conſt. 18. tit. 9. lib. 1. Cod. eſt cap. 41. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod habet, ut in Compendio propoſitum eſt: excepto, quòd Iudæus capitaliter puniatur. Id namque in Baſil. non eſt poſitum. Digeſt. 7. tit. 2 lib. 9. Dig. eſt thema 7. tit. 3. lib. 60. quod ait: Qui non occidit, ſed mortis cauſam præſtitit (puta, qui uenenum pro medicamento, aut gladium furenti dedit) in factum, non [*autem*] lege Aquilia tenetur. Digeſt. 8. eſt 8. cap. eiuſdem tit. & lib. Similiter etiam 9. Digeſt. 4. tit. 2. lib. 10. Dig. eſt thema 2. cap. 4. tit. 3. lib. 42. quod ſic habet: Exceptis nominibus reliquæ res deducuntur in iudicium familiæ erciſcundæ. Mala etiam medicamenta, & magici ſimilesq; libri: ſed iudicis officium eſt, ut hæc protinus corrumpat. Non diuiduntur autem, quæ ex ſacrilegio uel peculatu quæſita ſunt, uel ui, aut aggreſſura. Animaduertas igitur, quòd in Dig. ſcriptum ſit, ne magici libri malaq; medicamenta diuidantur: Baſil. autem illa diuidi dicat. Atque illud [*quidem*] Baſil. multo eſt exactius. Rectè enim diuiduntur illa, ut quæ in dominio fuerint. Vt autem officio iudicis comburātur, alterius rationis eſt: ne [*uidelicet*] ex illis aliquibus noceatur. Digeſt. 35. tit. 1. lib. 18. Dig. eſt thema 3. cap. 35. tit. 1. lib. 19. Baſil. quod eundem admodum habet. Digeſt. 15. tit. 10. lib. 47. Dig. eſt cap. 15. tit. 21. lib. 60. Baſil. quod eadem dicit, excepto quòd conſtitutionibus teneatur, qui per aſtrologiam aliam'ue diuinationem furem dixerit, qui non erat. Hoc enim in eodem cap. non eſt poſitum, ſed in [k] themate 8. eiuſdem cap. Digeſt. 2. tit. 8. lib. 48. Dig. eſt cap. 3. tit. 39. lib. 60. Baſil. quod eadem ferè dicit, quæ in textu ſcripta ſunt. Addit autem Baſil. ut qui amatoria conficiunt, poſt publicationem bonorum relegentur. Quæ uerò de pigmentario ſcripta ſunt, collocata ſunt in themate 3. eiuſdem cap. quod ait: Et pigmentarius [*etiam*] qui temerè alicui cicutam, ſalamandram, aconitum, pityocampam, bupreſtim-

man-

a ἐν τῷ πλάτει, quod ut ita, non autem (in ipſa conſtitutione) redderem, coactus feci, quòd nihil iſtiuſmodi in lib. noſtris habeamus.

b Simile quiddam in lib. noſtris in conſtit. 15. eſt.

c In Scholio pro κακῶς, κεφαλικῶς, capitaliter legitur.

d ἰατραίνης

e In lib. noſt. 5.

f ὑπὲρ φονέων

g λογισμῷ.

h συλληπτικόν

i ἐξορίζεται.

k Fortaſſe cap. 8. eiuſdem tit.

mandragoram, aut cantharidas dedit. TEXTVS. Digeſt. 13. Qui uetita ſacrificia facit, lege [Cornelia] de ſiccarijs tenetur. Lib. 48. tit. 19. digeſt. 28. Venenarij [a] dignitate præditi deportantur, reliqui capite puniuntur. Digeſt. 38. Qui amatorium aut abortionis poculum ſine dolo dedit: ſi uilis ſit, [b] in metallum damnatur: ſi honeſtus, amiſſa parte bonorum relegatur: ſed ſi quis inde mortuus ſit, ſummum ſupplicium infligitur. SCHOLIVM. Digeſt. 13. eſt eiuſdem lib. & tit. cap. 9. quod eadem dicit. Digeſt. 28. tit. 19. lib. 48. non eſt poſitum in Baſil. Et digeſt. 38. tit. 19. eiuſdem 48. lib. Dig. eſt thema 6. cap. 38. tit. 51. lib. 60. quod habet ut ſcriptum eſt. Legas [uerò] etiam canones in cap. 20. tit. 13. præſentis operis poſitos, quod de apoſtatis, ſacrificatoribus, magis, incantatoribus, aſtrologis, mathematicis, diuinatoribus, & amuleta appendentibus docet.

a ἀξιωματικοὶ ὄντες.
b μεταλλίζεται.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI PERCVTIunt, aut occidunt. Cap. XXVI.

APoſtolorum canon 27. 65. Concilij primi & ſecundi in æde ſanctorum Apoſtolorum [habiti] canon 9. Baſilij canon 55. TEXTVS. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum epiſcopis quidem manibus ſuis percutere prohibet: ſed pœnam non definit. Generaliter autem de quocunque qui uerberat uel iniuriam facit, ciuilis lex ſtatuit. lib. 47. tit. 10. lib. 9. tit. 35. Cod. dans aduerſus illos iniuriarum actionem, quæ depoſita ſcriptura tum pecuniariè, tum criminaliter inſtituitur. Quæ etiam [lex] cuiuſmodi iniuria atrox ſit, cuiuſmodi leuis, determinat. De homicidis autem tractat tit. [c] 1. lib. 48. & [tit.] 16. lib. 9. Cod. Scias uerò, quòd homicidium ex affectu conſideretur. Vnde inuenire eſt, quòd qui percuſsit, tametſi non occidit, ut homicida tamen puniatur: & qui occidit, modò tantùm percutere uoluit, ut homicida non puniatur. Atque iſtiuſmodi [quidem] affectus ex inſtrumento, quo percuſſum eſt, conſideratur. Cæterùm uoluntarij homicidij pœna in honeſtis eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio: in humilibus, ut gladio & beſtijs tradantur: in eo qui per negligentiam ſiue ſocordiam occidit, quinquennale exilium. In non uoluntario autem uenia datur. Quum igitur de homicidio quæres, legas dictos titulos cum ipſorum paratitlis. Dictum eſt autem generaliter lib. 48. tit. 19. digeſt. 5. quòd in omnibus criminibus quæri oporteat, conſulto'ne, an caſu [aliquid] admiſſum ſit, atque ita aut ad legem aut mitiorem pœnam inferri. Et digeſt. 11. quòd aliquis delinquat aut propoſito, ut qui factionem excitat: aut impetu, ut qui iratus eſt: aut caſu, ut qui in uenatione in feram [telo] miſſo hominem occidit. SCHOLIVM. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [q; eſt] in lib. Baſil. 3. tit. 1. cap. 25. quod habet, ut ſignificatum eſt. Tit. 10. lib. 47. Digeſt. & 35. lib. 9. Cod. poſiti ſunt in tit. 21. lib. Baſil. 60. ab ipſo initio, cuius multa cap. quære. Tit. 1. lib. 48. Digeſt. poſitus eſt in lib. 60. tit. 31. cap. 1. & deinceps. Tit. 16. lib. 9. Cod. poſitus eſt in lib. 60. tit. 39. cap. 13. & deinceps. Ex his igitur lib. & tit. diuerſa cap. lege. Ac [lege etiam] 8. canonem ſancti Baſilij, poſitam'que in eo de homicidis Nouellam Imperatoris Dn. Manuelis Comneni. Digeſt. 5. tit. 19. lib. 48. eſt thema 2. cap. 5. tit. 51. lib. 60. quod expreſſè eadem dicit. Digeſt. 11. eſt thema 3. cap. 11. eiuſdem 51. tit. quod omnino eadem narrat.

c In lib. noſtris 8.

a κυβεύουσιν.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, [a] QVI ALEA LVdunt, inebriantur, ſpectacula uiſunt, ſepulchra uiolant, furantur, peierant, fœnerantur, ſemiſſes [uſuras] capiunt, aut aliud ſibi turpe lucrum excogitant.

Cap. XXVII.

APoſtolorum canon 25.42.43.44. Concilij Nicæni canon 17. Laodiceni canon 4.54. Carthaginenſis canon 5.16. Concilij ſexti canon 10. 23. 24. 50. 51. Concilij Nicæni ſecundi canon 4. Baſilij canon 14.17.29. TEXTVS. Conſt. 34. tit. 4. lib. 1. Cod. Epiſcopus aut clericus, inquit, qui aut alea ludit, aut cum aleatoribus commercium habet, uel [ijs] aſsidet, aut ſpectacula arenarias' ue uenationes ſpectat: ab omni ſacro ſegregatur miniſterio, annonarijs ſuis priuatur penſionibus: & conſtituitur illi pœnitentiæ tempus, intra quod ſi dignè pœnitere uideatur, ſacerdotali benignitate dignus habetur: at ſi [in uitijs iſtis] perſtiterit, omnino è clero eijcitur, & cuius ciuitatis clericus erat, eius cum ſubſtantia ſua curiæ mancipatur: aut ſi ea ciuitas curiam non habet, concedit in deſtitutam [aliquam curiam] uicinarum [ciuitatum]. Quòd ſi nullas facultates habeat, fit apparitor. Cuſtodiunt autem hæc patriarchæ, epiſcopi, eccleſiæ defenſores, cuiuſque iuriſdictionis præfecti & præſides. Atque defenſores hæc ſacerdotibus annunciant. Oportet etiam hæc ſumma cum diligentia coram Euangelijs inquiri, & in calumniatores indignationem concipi: ac in præſides, cohortes, atque defenſores, ſi ubi hæc didicerint, competentibus ſacerdotibus non annunciarint, diuerſas pœnas ſtatui. Verùm conſt. 2. tit. 1 Nouellarum dicit, ut triennio illi à miniſterio prohibeantur, ac in monaſterium conijciãtur: facultatem ſacerdotibus præbens, ut ſi pœnitentia compareat, tempus imminuant. SCHOLIVM. Conſt. 34 tit. 4. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſtit 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [q; eſt] in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 2. quod complectitur quæcunque in textu cõprehenſa ſunt. TEXTVS. Non modò peierare, uerumetiam iurare in uniuerſum clericis prohibetur. Dicitur enim lib 1. Cod. tit. 3. conſt 25. quòd clerici litigantes, fideiuſsiones dent uſq; ad quinquaginta libras [auri:] & ſi res [hanc ſummam] excedat, pro exuperanti cautionem iniurati faciant: eo quòd & leges & canones clericum iurare prohibeant. quanquam [uel] maximè dicatur eodem lib. tit. 12. conſt. 3. quòd oporteat eos qui [ad eccleſias] confugiunt, admonitos, & de ſecuritate iureiurando accepto, deponere quæ [in illas] intulerint arma: & conſtit. [b] 6. eiuſdem 12. lib. dicat, quòd ſi ſuſpicio ſit de clerico, tanquam res [aliquas] confugæ habeat, iuſſu epiſcopi ſui iuret. De prohibitione autem, ne clerici uſuras accipiant, ubiq;, [ubi] de pecuniæ creditæ ſiue pacti [actionibus], quinetiam ijs quę ex dilatione actionum bonæ fidei tacitè competunt [agitur,] mihi eſſe dictum uidetur. SCHOLIVM. Conſtit. 25. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt excepta in Baſil. Conſt. 3. tit. 12. lib. 1. Cod. eſt cap. 11. tit. 1. lib. 5. Baſil. quod inſertum eſt interpretationi cap. 2. tit. 5. pręſentis operis, quod nihil de iureiurando tractans lege. Conſt. 6. eiuſdem lib. & tit. Cod. eſt thema ult. cap. 13 tit. 1. lib. 5. Baſil. nihilq; de iureiurando tractat. Quærendum eſt igitur, an epiſcopi & clerici [c] conceptis uerbis iurare debeãt. Et exiſtimo, quòd poſtquam quæ capita ex Codicibus excerpta & in Baſil. poſita ſunt, quorum etiam Photius in textu mentionem fecit, omnino iuriſiurandi non meminerunt: prorſus uetitum ſit, ne epiſcopus aut clericus iuret. Idcirco enim etiam pro [d] concepto iureiurando adinuenta ſcripta [cautio] eſt, quæ & [e] confeſsionis locum obtineat, & quod conceptum iuſiurandum præſtitutũ erat adimpleat. Lectores itaque conceptis uerbis iurare perperam coguntur. TEXTVS. Atqui conſt. 3. tit. 2. Nouellarum, in pijs legatis propter dilationem uſuras atque fructus exigi dicit. Proinde de furtis clericorum ſpeciatim lex non

b in lib. noſtris 5.

c ὅρκοις διωρισμένοις.

d σημαντικῶ.

e καταθέσεως.

non differit. Generaliter autem de furtis tractat tit.2.lib.6. Cod. & tit. 2. lib. 47. Dig. Furtorum autem duæ ſunt ſpecies, quarum altera manifeſtum furtum dicitur: altera nec manifeſtum. Manifeſtus fur eſt, qui cum furtiua re à qualicunque perſona, priuſquàm eam perferat, quò eo die [*perferre*] deſtinarat, ſiue in loco publico ſiue in priuato deprehenditur. Sed ſi pertulerit quò deſtinauit, tametſi poſtmodum cum re furtiua deprehendatur: non eſt fur manifeſtus. Qui uerò talis non [*eſt*,] fur nec manifeſtus eſt. Cæterùm pœna furis manifeſti procedit ad quadruplum precij rei furtiuæ, interdum etiam eius quod intereſt: nõ manifeſti, ad duplum. Et ab utroque exacta ea pœna, datur [*inſuper*] res [*furtiua*] eius'ue æſtimatio. SCHOLIVM. Conſt.3.tit.2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. poſita [*q. eſt*] in lib. Baſil.5.tit.3. cap. 9. quod inſertum eſt Scholio cap.1.tit.2. præſentis operis circa initium. Gratias igitur age patriarchę Photio, qui rectè interpretatus eſt, epiſcopos & clericos, tanquam id quod intereſt, uſuras exigere. Tit.2.lib.6. Cod. poſitus eſt in lib. Baſil.60.tit.6. cap. 18. ac quæras uaria huius cap. de furtis & furibus. Tit.2.lib.47. Dig. poſitus eſt in lib. Baſil.60. tit.12.cap.1. ac deinceps quæras cap.2.3.4.5. quæ expreſſè eadem dicunt, quæ in textu ſcripta ſunt. Sed quæras etiam alia eiuſdem tit. cap. quæ de nec manifeſto & manifeſto furto docent, ac dicas, quòd tametſi hi tituli ſacerdotum furum non meminerint: attamen quia ex quibus legibus conueniuntur laici, ex iiſdẽ etiam clerici conueniantur, neque uerò priuilegium his datum ſit, ne de furto conueniri poſsint: neceſſariò communi de furtis iure & ipſi conſtringentur.

TEXTVS. Qui ex incendio aut naufragio [*quippiam*] capit, extra rem [*captam*] intra utilem annum quadruplum ei cui furatus eſt, & quadruplum fiſco dat: poſt annum uerò ſimplum, ut lib.6. Cod. tit.2. conſt. 18. & tit. 9. lib. 47. [*dicunt*]. Plerunque criminaliter ſcriptura præcedente fures accuſantur, quemadmodũ digeſt.[a] 93. eiuſdem tit. [*de furtis traditur*,] & ceſſat dupli aut quadrupli pœna. Dicitur enim digeſt.[b] 57. eiuſdem [*tit.*] quòd ſi quis furem tradat præfecto uigilũ aut præſidi, & [*ille*] condemnatus rem eius'ue precium dederit: tollatur aduerſus ipſum actio, [*ideo*] quòd [*de maiore pœna*] periclitetur. Qui autem furti damnatus eſt, aut amicè datis pecuniis [*de eo*] tranſegit: infamis redditur, ut lib.3.tit. 2. digeſt.[c] 2.6. SCHOLIVM. Conſtit.18.tit.2.lib.6. Cod. eſt cap.35.tit.6 lib.60. Baſil. quod ſic dicit: Si quis ex incendio uel naufragio quippiam abſtulerit aut imminuerit: intra[d] definitum annum præter pœnam e[illegible]im ſtatutam, in quadruplum, poſt annum in ſimplũ tenetur. Vt autem fiſco etiam quadruplum detur, quomodo [*id*] in Cod. comprehendatur, non poſitum eſt in Baſil. Dicunt ergo nonnulli, idcirco fiſcum quadruplum non exigere. Verùm quomodo mihi uidetur, inde quòd Baſil. dicit eum qui ita peccarit, eum quadruplo etiam ſtatutæ pœnæ obnoxium eſſe: conſtituitur, etiam fiſcum quadruplum exigere poſſe. Ait uerò & 31. cap. tit.3.lib.50. hęc: Qui rapit, aut dolo lucrum percipit ex naufragio, in quantum tenetur ei qui damno affectus eſt, tantundem etiam fiſco dat. Porrò tit.9.lib.47. Dig. poſitus eſt in tit.20.lib.60. Baſil. qui cõplectitur tractatum eorum quæ ex incendio & ruina ſubripiuntur. Dicit autẽ finis cap.1. eiuſdem tit. competere ſupra pecuniariam pœnam etiam[e] actionẽ criminalẽ. Atque eſt hoc ſpeciale in iis qui ex incendio, ruina, naufragio [*quid*] rapiunt. Puniuntur enim tum pecuniariè, tum criminaliter: quod in aliis delictis non fit, quemadmodum dicit digeſt.7.tit.9.lib.47. Dig. quod ipſum eſt thema 2. cap.57.tit.12. lib. 60. Baſil. quod habet, ut in Compendio propoſitum eſt. Neque enim iniurius aut fur, ſi[f] criminali actione impetitus punitus ſit, pœnam pecuniariam dat. Sanè digeſt.93.tit.2.lib.47. Dig. non eſt poſitum in Baſil. Nota tamen, quòd quando criminaliter de delicto actio mota fuerit,[g] in crimẽ ſubſcriptiones dentur. Tit.2.lib.3. Dig. eſt lib. Baſil.21.tit.2. qui docet, quib. modis infamia irrogetur, ac lege thema 3, cap.1. quod dicit: Infamis eſt, qui ſuo no-

a In lib. noſtris 94.
b In noſtris 58.
c In lib. noſtris 4.
d ὡρισμένον.
e ἐγκληματικήν.
f ἐγκληματικῶς ἐλαυνθείς.
g δίδονται καὶ ἐγγραφαί.

mine furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo [*malo*] damnatus, aut nondum lite conteſtata ſuper his actionibus datis pecunijs pactus fuerit.

TEXTVS. De ſepulchrorũ uiolatoribus generaliter tractat tit. 12. lib. 47. cùm dicit: [*Sepulchri uiolati reus*] tum pecuniariè tum criminaliter tenetur. Ac pecuniaria [*quidem*] pœna aliàs in centum aureos, aliàs in ducentos, aliàs ad id quod intereſt damnum factum eſſe procedit. Condemnatus autem infamis fit. Qui ſepulchra uiolant, ſi armati [*id faciant*], capite plectantur: ſi ſine armis, uſq; ad metalli [*pœnam proceditur.*] Qui uerò reliquias aut oſſa remouerint, ſi humilis fortunæ ſint, ſummo ſupplicio afficiuntur: ſi honeſti, deportantur. Qui aliter in monumentum [*quidpiam*] commiſerint, aut relegantur, aut in metallum damnantur. Qui idem tit. ac 7. lib. 11. Dig. [*etiam*] docet, quomodo citra periculum & damnum mortuorum corpora transferri & monumẽta exornari poſsint. Qui ſepulchra uiolant, etiam ſacrilegij lege tenentur, ut lib. 48. tit. 13. & conſt. 5. tit. 19. lib. 9. Cod. [*traditur*] in quo [*poſteriore tit.*] pœnæ etiam augentur, aliàs poſſeſſionũ, agri, aut domus, ſi in ea materia [*aliqua*] de monumento [*detracta*] aſportata fuerit, priuatione inducta: aliàs decem pondo [*auri reis*], & uiginti magiſtratui [*hoc facinus*] non uindicanti multa irrogata. Denique in diebus Paſchatis ſepulchrorum uiolatores [*in carcerem*] includuntur atque uinciuntur, ut lib. 1. Cod. tit. 4. conſt. 3. [*traditur.*] SCHOLIVM. Tit. 12. lib. 47. Dig. eſt tit. 23. lib. 60. Baſil. qui de uiolatione monumentorum, ſiue corporum ſepulturę traditorum docet. Dicit autem eiuſdem tit. cap. 8. Sepulchri uiolati crimẽ ad legem [*Iuliam*] de ui [a] publica refertur. Competit uerò etiam [*actio*] pecuniaria. Verùm pœnæ quantitas in Baſil. non eſt tranſumpta. Cap. [*autem*] 1. dicit: Sepulchri uiolati crimen infamiam irrogat. Thema 7. cap. 4. ait: Qui ſepulchra uiolant, & cadauera ſpoliant, ſi armati [*id faciant*], capite plectuntur: ſi ſine armis, uſque ad metalli [*pœnam proceditur.*] Cap. 10. dicit: Qui reliquias uel oſſa mouerint, & quæ deinceps in textu comprehenduntur. Tit. 7. lib. 11. Dig. eſt tit. 1. lib. 59. Baſil. qui de monumentis & ſumptibus funerum docet. Thema [*uerò*] 4. cap. 3. tit. 23. lib. 60. ait: Reliquiæ mortuorum non ſunt contrectandæ, aut uexandæ: ſed quæ aliquandiu reconditæ fuerint, eas transferri licet. Cap. 7. eiuſdem tit. ait: Monumentum deterius faciẽdum non eſt: ſed tamen reliquijs non contactis illud reficere licet. Cap. 7. tit. 1. lib. 9. Baſil. in fine: Quòd ſi loci dominus (inquit) citra iuſſum ſacerdotis uel Principis eijciat ab alio ſepultum, aut recondita oſſa: actione iniuriarum conuenitur. Et cap. 90. tit. 3. eiuſdem lib. dicit: Iuſta de cauſſa magiſtratum adire, & corpus ſepulturæ traditum, in alium locum transferre, etiamſi commiſceri debeat, licet. Et cap. 14. Nemo, inquit, humanum corpus citra iuſsionem Imperatoriam in alium locum transferto. Atq; uetus [*quidem lex*] non eſt contraria conſt. 1. Hæc enim ob iuſtam cauſam ad decretum magiſtratus reliquias transferri permiſit. Illa uerò iuſtæ cauſæ nuſquam meminit, quòd citra iuſsionem Imperatoriam illas transferri non liceat. Tit. 13. lib. 48. Dig. poſitus eſt in tit. 45. lib. 60. Baſil. cuius 2. cap. ait: [*Lex Iulia*] peculatus mouetur aduerſus eum qui ex [*locis*] [b] ſacris, aut religioſis, &c. [*quippiam*] ſurripuerit. Cap. 4. dicit: [*Lege Iulia*] peculatus tenetur, qui ſacra ex monumentis aut pecunias capit, aut [*etiam*] quod donatum eſt Deo. Conſt. 5. tit. 19. lib. 9. Cod. poſita eſt in cap. 12. tit. 23. lib. 60. & lege 11. 12. 13. & 14. cap. quæ eadem dicunt, quæ in Compendio propoſita. Conſt. 3. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 26. tit. 17. lib. 7. Baſil. quod etiã legas inſertum interpretationi cap. 25. præſentis 9. tit. Hæc [*autem*] quum ita [*ſeſe*] habeant, notabis, quòd ſepulchri uiolati lege teneantur, qui corpora defunctorum plenis iuſtis ſepulta, citra Imperatoriam epiſcopalemúe iuſsionem uel magiſtratus decretum remouerint. Verùm magiſtratus citra iuſtam cauſam illorũ tralationem permittere nequeunt: ſed Imperator & epiſcopi illam indiſtinctè permittere poſſunt. Qui ergo dicunt, [c] citra præiudicium illam à quocunque fieri,

a Pro δημο-σίου, lego δη-μοσίας.

b Non ἱερῶν, ſed ἱερῶν.

c ἀπροκριμα-τίστως.

fieri,modò turpis lucri cauſa non ſubſit: quomodo mihi uidetur,malè dicunt. Propterea enim quidam uenerandæ ſancti Mocij [a] capſæ præfectus, quum citra iſtiuſmodi permiſsionem reliquias tranſpoſuiſſet, [b] per ſynodum à præfectura deiectus eſt,& depoſitus.

a μονῆς.
b συνοδικῶς.

DE HIS QVI MATRIMONIVM, VINVM, AVT *carnes abominantur.* Cap. XXVIII.

APoſtolorum canon 51.53.66. Concilij Ancyrani canon 14. Concilij ſexti canon 13.30.

DE PERMISSIS, AVT PROHIBITIS NVPTIIS. *&, Quòd lectores puberes facti interrogentur, an matrimonium contrahere uelint. &, De concubinatu, ſcortatione, atque adulterio.* Cap. XXIX.

APoſtolorum canon 17. 18. 19. 25. 26. Concilij Ancyrani canon 10. Concilij Neocæſarienſis canon 1.9.10. Concilij Chalcedonenſis canon 14.15. Concilij Carthaginenſis canon 16. Concilij ſexti canon 3.4.6.12.13. 48. 58. Baſilij canon 3.6.16.69.70. Theophili ex Commonitorio canon 4.5. TEXTVS. Lib. 1. Cod. tit. 3. conſt. 5. Si quis ſacram uirginem uxorem ducere tantummodo tentarit, capitali pœna feritur. Et conſtit. 44. eiuſdem tit. Si presbyter, aut diaconus, aut hypodiaconus nuptias contraxerit, canonibus tenetur, qui non minus ualent quàm leges,& ſacerdotio excidit. Liberi autem, tanquam ex illicitis nuptijs nati, neque naturales neque nothi ſunt. & neque ex donatione, ſucceſsione, ficto debito, aut aliorum obligatione quicquam percipiunt à patribus ſuis: ſed neque matres ipſorum: uerùm illa capit [c] eccleſia, in qua illi deſeruierint. Dicit uerò etiam conſt. 13. tit. 1. Nouellarum: Si monachus clericus factus ſit, ad matrimonium deuenire ne audeto: tameſi in clero eum gradum nactus ſit, in quo clericis matrimonium, contrahere licet, [*qualem uidelicet*] cantores,& lectores [*obtinent.*] Alijs enim omnibus in uniuerſum nuptiæ interdictæ ſunt. At ſi aut nuptias contrahat, aut concubinam habeat, aut impudicè uiuat, è clero eijcitor, ac plebeius eſto. Ad militiã [*uerò*] uel aliud [d] officium deuenire ne audeto. Et conſtit. 1. eiuſdem tit. Nullus qui matrimonium iterauit, presbyter aut diaconus ordinator: neque etiam qui uxori cohabitat, quæ maritum ſuum [*facto diuortio*] reliquit: neque qui concubinam habet. At [*talis*] [e] caſtam uitam agat, aut etiam uxori cohabitet, uel unius [*uxoris, eiuſdemq́;*] caſtæ, ac ex uirginitate [*aſſumptæ*] maritus fuerit. Cæterùm ſi quis quum presbyter ſit, aut diaconus aut hypodiaconus, uel palàm, uel clam, uel [f] ſub aliquo prætextu [*ad ſe*] uxorem aut concubinam introduxerit: ſacro confeſtim ordine excidito,& priuatus atque plebeius eſto. Lector autem matrimonium iterans [*ad altiora*] ne progreditor, neque ad tertias nuptiás deuenito. Ac ſi poſt iteratum coniugium progredi enitatur, plebeius eſto. Dicit item: Quæ diaconiſſæ ordinantur, admonentor: [*ac*] ſciunto, quòd ſi contracto matrimonio alia'ue uitæ ratione [*ſuſcepta*] dedecorate ordinationem auſæ fuerint, reæ mortis fient,& facultates ſuę monaſterijs aut eccleſijs ſuis applicabuntur. Qui uerò ducere illas aut conſtuprare auſi fuerint, gladio obnoxij erunt, eorumq́ue ſubſtantiam fiſcus capiet. SCHOLIVM. Conſtit. 5. tit. 3. lib. 1. Cod. & conſtit. 44. eiuſdem tit. non ſunt poſitæ in Baſil. Neque [*etiam*] cònſtit. 13. tit. 1. Nouellarum, quæ pars eſt Nouellæ Iuſtinianeæ 5. Neque [*item*] conſtit. 1. eiuſdem tit. Nouellarum, quæ pars eſt Nouellæ Iuſtinianeæ 6. TEXTVS. Conſtit. 2. eiuſdem tit. Si decurio aut cohortalis, ubi quindecim annis monachus fuerit, clericus fiat, [*ac*]

c ἡ κατ' αὐτὸ ἐκκλησία.
d ἐπιτήδευσιν
e σωφροσύνῃ ζῇ.
f ἐσχηματισμένως.

k deinde

deinde nuptias contrahat, [*priſtinæ*] ſuæ fortunæ reſtituitur. [*Quod*] idem & in alijs, qui ex monachis clerici [*facti ſunt, obtinet:*] tametſi decuriones aut cohortales non fuerint. Et: Qui cœlibem ordinat, interrogato illum, an ſine legitima uxore caſtè uiuere poſsit. Qui uerò tēpore ordinationis diacono poſt ordinationem matrimoniū contrahere permiſerit, ab epiſcopatu eijcitur. Porrò preſbyter, aut diaconus, aut hypodiaconus qui poſt ordinationē matrimoniū contrahit, è clero eijcitur, & cum rebus ſuis curiæ ciuitatis in qua clericus erat, traditur. Item [a] lector qui nuptias iterat, aut uiduam, uel diuortio diſiunctā, uel legibus canonibus'ue interdictā, [*in uxorem*] aſſumit, in alium gradum ne procedito. Quin & ſi proceſſerit, priori reſtituitur. Dicit inſuper: Qui aſcetriam, aut monaſtriam, aut diaconiſſam, aut alium religioſum habitū geſtātem [*mulierem*] rapiunt,[b] corrumpunt, uel conſtuprant, quiq́ [*illis ſeſe*] aſſociant: capitali ſupplicio afficiūtur, ac res illorū iniuria affectæ [*mulieris*] eccleſiæ aut monaſterio per œconomū, epiſcopū, præſides & cohortes uindicantur: ipſa uerò cum reb. ſuis in monaſterium coniȷ́citur, [*ibidem*] cautè aſſeruanda. Planè ſi diaconiſſa ſit, & legitimos liberos habeat, [*illi*] legitima partem capiunt. Quòd ſi intra annum q̃ iſtiuſmodi ſcelus innotuit, [*eas*] facultates uenerabiles domus non uindicent: fiſcus illas accipit. Quas ſi præſes uindicare neglexerit, cingulo priuatur, atque quinq; libris [*auri rebus Principis*] priuatis [*applicandis*] multatur. SCHOLIVM. Conſt. 2. eiuſdem 1. tit. Nouellarum, eſt cap. 26. Nouellæ Iuſtiniani 123. ſiue cap. 33. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod eadem cōplectitur quæ in Compendio propoſita ſunt. Loquitur aūt 24. cap. eiuſdem Nouellę, ſiue 31. cap. eiuſdem tit. quinetiā 32. [*cap.*] de eo quòd ordinandi interrogentur, an caſtè uiuere poſsint: & de ſacerdotib. nuptias contrahentib. & lectoribus nuptias iterātibus, quęcunq; à patriarcha [c] fuſiùs comprehenſa ſunt. De ijs uerò qui Deo conſecratas [*mulieres aut*] rapiūt, aut conſtuprant, aut corrūpunt, docet eadem 2. conſt. tit. 1. Nouellarum, quæ eſt cap. 63. Nouellæ Iuſtiniani 123. ſiue cap. 12. tit. 1. lib. 4. Baſil. quod eadem dicit quæ in Compendio ſunt propoſita, excepta pœna. Siquidem Baſil. eos qui [*id ſcelus*] committunt, ac eorum in ſcelere ſocios, ex lege periculum ſuſtinere: qui uerò Nomocanonum compoſuit, illos capitaliter puniri dicit. Tu interim Baſil. magis audi. & ſi diſcere uelis, cuiuſmodi legitimę pœnæ ſint: lege lib. 60. tit. 58. cap. 1. quod ſic habet: Qui rapuerint mulierem, aut ſponſam aut nondū ſponſam, aut uiduam, ſiue ingenua ſit, ſiue ancilla, aut [*etiam*] libertina, & maximè ſi mulier Deo cōſecrata ſit: legitimè puniuntor. Nempe ſi cum armis ſiue gladijs, aut fuſtibus raptū fecerint, huiuſmodi gladio puniuntor. Qui uerò ipſis miniſterium præbuerint, aut conſcij fuerint, aut uoluntarij receperint, aut qualemcunq; opem tulerint: uerberati & tonſi, naribus mutilantor. Quoniam qui [d] cū armis rapere ſtatuunt, parati ſunt etiam occidere, ſi qui obſiſtant. Si uerò omnino ſine armis raptus factus ſit, qui illū fecit, manu mutilator: qui uerò in raptu auxiliati ſunt, aut [*eius*] conſcij fuerunt, aut miniſterium præſtiterunt, aut ſponte receperunt, aut qualemcunque opem tulerunt, uerberati & tonſi exulanto. Quæras etiam Nouellam Imperatoris D̄n. Leonis Philoſophi 35. quæ propemodum eadem ſancit.

a Pro ἀναγνωσται, lego ἀναγνώστης.

b ἐπιβούλευσιν.

c παραφραστικῶς.

d Loco παρ' ἐαυτοῖς, lego σὺν ὅπλοις.

DE IIS QVI MATRIMONII CAVSÂ MVLIE- *res rapiunt.* Cap. XXX.

Apoſtolorum canon 67. Concilij Ancyrani canon 11. 25. Concilij Chalcedonenſis canō 27. Concilij ſexti canō 92. Theophili ex Cōmonitorio canō 2. TEXTVS. Lib. 1. tit. 3. conſt. 5. Si quis rapuerit, aut ſaltem in uxorem capere ſacratam uirginem conatus ſit: capitali pœna feritur. Et conſt.[e] 53. eiuſdem tit. Parentibus fratribus, & tutorib. ſiue curatoribus uiginum, diaconiſſarum, & conſecratarum Deo uiduarum, licet raptores earum, & qui eis auxilium tempore inuaſionis præbēt,[f] in ipſo actu deprehenſos occidere. Sin aūt fuga euaſerint, inueſti-

e In lib. noſt. 41

f ἐν' αὐτοφώρῳ φονεύειν.

inueſtigant ipſos Conſtantinopoli præfecti [*prætorio*] & præfectus [*urbis*]: in prouincijs uerò quicunque magiſtratus & ciuiles & militares: & poſt [*teſtium*] [a] coactionem illos nulla admiſſa fori præſcriptione ultimo ſupplicio afficiunt: ac bona raptoris, eiusque qui (ut dictum eſt) illi ſuppetias tulit, capit monaſterium aut aſceteriũ, ut inde uim paſſa illic alatur. Si uerò quæ uim paſſa eſt, diaconiſſa duntaxat ſit non autem aſcetria, neque monaſtria: proprietatem ipſius eccleſia, ipſa uerò uſumfructum capit. Cæterùm qui alio modo ipſis adiumento fuerunt, aut miniſterium præbuerunt, aut conſcij fuerunt, aut ſuſceperunt, aut quamcunque opem attulerunt, ultimo tantummodo ſupplicio ſubiacent. Locum autem prædicta [*habent*,] tametſi uolens dictarum mulierum aliqua [b] rapta ſit. Lib. 1. tit. 4. conſt. 3. Et in diebus Paſchatis uirginum raptores [*in carcerem*] includũtur & uinciuntur. Lib. 3. tit. 24. conſt. 1. Qui illuſtris non eſt, ſed tantummodo clariſsimus, ſi raptum uirginis in prouincia commiſerit: illic legibus ſubiugatur, nec fori præſcriptione utitur. SCHOLIVM. Conſt. 5. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque [*etiam*] 53. neque uerò tu illis auſcultes. Conſt. 3. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 26. tit. 17. lib. 7. Baſil. inſertaque eſt interpretationi cap. 25. præſentis 9. tit. quod legas. Conſt. 1. tit. 24. lib. 3. Cod. poſita eſt in cap. 91. tit. 5. lib. 7, Baſil. Hoc autem cap. prætermiſſum eſt. TEXTVS. Tit. 41. conſt. 4. Qui dicit à ſeruo uxorem ſuam raptam eſſe, non dominum, ſed ipſum accuſare debet. Lib. 7. tit. 13. conſt. 3. Si ſeruus detulerit uirginis raptum, pacto aut diſſimulatione celatum, libertate donatur. Lib. 9. tit. 9. conſt. [c] 7. Maritus de uiolenta uirginis conſtupratione, ante matrimonium [*facta*], niſi [*illa*] ſponſa eius fuerat, [*actionem*] mouere, tanquam maritus, non poteſt. Ipſa autem unà cum curatoribus mouet. Tit. 10. conſtit. 1. Si quis eam cuius tutor fuit, ſtuprauerit, deportatur, eiusque uniuerſæ facultates publicantur. Tit. [d] 11. conſt. 3. Si rapta fuerit ſponſa filij mei, legem [*Iuliam*] de ui moueo. Lib. 9. tit. 13. conſt. 1. & unica. Si quis qualemcunque mulierem, ſiue ingenuam ſiue ſeruam, rapuerit: tametſi ipſi deſponſa fuerit, capitali ſententia condemnatus móritur, & pariter cum eo qui in raptu auxilium tulerint. Raptarum autem patribus, fratribus, tutoribus uel curatoribus, patronis & dominis inuaſionis tempore hos interficere licet. Sin autem fuga euaſerint, inueſtigant ipſos Byzantij præfecti [*prætorio*] & præfectus [*urbis*:] in prouincijs uerò quicunque magiſtratus, magiſtri militum, & duces: atque poſt [*teſtium*] coactionem interimunt, fori præſcriptione aut prouocatione uti non queuntes. Et ſi quidem ancilla uel libertina rapta fuerit, interficiuntur raptores: ſed nullam ſubſtantiæ imminutionem ſuſtinent. At ſi ingenua rapta ſit, omnes res raptoris, eorumque qui ipſi auxilium præbuerunt, applicantur raptæ: quæ ne conſentiente quidem patre raptori ſuo nubere poteſt. Eandem autem pœnam & mortis & [*amißionis*] rerum excipiunt, qui ad aggreſſuram raptorem comitati ſunt. Sed conſcij, & miniſtri, & ſuſceptores, & qui quomodocunque raptoribus opem tulerint, [*utriuſcunq;*] ſexus, & cuiuſcunque aut fortunæ, aut gradus, aut dignitatis ſint: pœnam tantummodo capitalem ſubeunt, [*idq;*] etiamſi mulier uolens rapta ſit. Planè ſi parentes raptæ [*mulieris*] patientiam præbuerint & connixerint, deportantur. Serui & ancillæ, qui [*in raptu*] miniſterium præbuerint, concremantur. Porrò quum hæc conſtitutio de raptu mulierum & ſacratarum & uiduarum ſufficiat: ceſſant quæ de eo alibi conſtituta ſunt omnia. SCHOLIVM. Conſtit. 4. tit. 41. lib. 3. Cod. eſt cap. 46. tit. 5. lib. 60. quod dicit: Conſtitutio ſimilis ſecundę eſt & tertiæ: & dicit, quòd dominus ignorans delictum ſerui [*indicio*] duntaxat noxali teneatur: non ignorans autem, ſuo nomine. Vniuerſum uerò conſtitutionis ius huiuſmodi eſt, ut ſi alienus ſeruus rapuerit, intra annum quadruplum [*ui*] bonorum raptorum actio exigat: poſt annum uerò ſimplum, quò dominus ſeruum noxæ dedat, aut ipſe in id quantum ad eum peruenit teneatur. At ſi conſcio domino [*ſeruus*] rapuit,

[a] εἱργμοῦ.
[b] Pro ἁμαρτῇ, lego ἁρπαγῇ.
[c] In lib. noſt. 8.
[d] In lib. noſt. 12.

a εἰς τὸ διάφορον. [a] ad id quod competit, is omnino obſtringatur, id eſt, ad quadruplum, aut ad ſimplum. Quòd ſi uxorem tuam rapuit, contra ipſum ſeruum publicam accuſationem inſtituas. Conſt. 3. tit. 13. lib. 7. Cod. eſt cap. 3. tit. 18. lib. 48. Baſil. quod ſic habet: Si ſeruus raptum uirginis detulerit, aut per conniuentiam ſuppreſſum ar guerit: liber ſit. Conſt. 7. tit. 9. lib. 9. Cod. nõ eſt poſita in Baſil. Neq; [etiam] tit. 10. eiuſdem lib. neq; 11. Conſt. 1. tit. 13. lib. 9. Cod. eſt cap. 1. tit. 58. lib. 60. atque ipſum quidem inſertum eſt 29. cap. pręſentis 9. tit. circa finem: eius autem 2. thema hęc dicit: Si itaque ex his quiſpiam aut à mulierum parentibus, aut fratribus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut patronis, aut dominis in ipſo raptu fuerit compre-

b αὐτοχειρί. henſus: conuictus [b] proprijs ipſorum manibus interficitor. Præſertim [uerò] ſi mulieres nuptas rapere conati fuerint. Atque hoc ipſum dicimus, ſi quis ſaltem ſponſam ſuam rapuerit. Sed ſi tales effugere potuerint: & Conſtantinopoli & ubicunque terrarum magiſtratus atque magiſtri militum eam rem uindicanto, ipſosq; comprehenſos puniunto, prouocare ipſis non concedentes. Et ſi quidem [mulieres] raptæ ancillæ uel libertinæ ſint, raptores utiq; [ſupplicio] obnoxij ſunto. ſi uerò ingenuæ, res raptorum, eorum'que qui eis auxilium præbuerunt, ipſarum dominio ceduntο: [idq;] prouidentia iudicum atque parentum: [ut] illæ res in dotem [ipſis procedant, aut] ſi nubere nolint, [pleno iure ab ipſis] poſsideantur. Vt autem mulier ipſum raptorem in maritum deligat, aut parentes eius id ipſi iubeant, illicitum eſto. Raptoribus porrò, & qui in raptu auxiliũ ipſis præbuerunt, omnes conſtitutionis pœnæ incumbunto: conſcij autem & miniſtri, quiq; illos ſuſceperunt, aut quamcunque opem attulerunt, [prius] dictæ pœnæ, ſiue uolentibus mulieribus ſiue nolentibus raptus factus ſit, ſubiacento. Quinetiam mulieris parentes, ſi [raptum] patienter tulerint, deportantor. Si uerò ſeruus etiam in ea re deprehendatur, [is] omnibus alijs pœnis ceſ-

c In lib. noſtris 40. ſantibus concremator. TEXTVS. Et lib. 47. tit. 2. digeſt. [c] 39. Qui meretricem alienam [d] ancillam rapuit, uel celauit: neque ut fur, neque ut plagiarius te-

d Non δοῦλον, ſed δούλην. netur. Non enim furti, ſed libidinis cauſa hoc fecit. Lib. 48. tit. 5. dig. 29. Quinquennij tempus accuſationi adulterij præfinitum, in ſtupro per uim facto lo-

e ἀπροθεσμί-γως. cum non habet. Nam quum uis publica committatur, [e] citra temporis præfinitionem [illa] inſtituitur. Similiter digeſt. 5. tit. 6. eiuſdem libri, quum dicit, quòd raptus enormior ſit adulterio. Et, quòd qui nuptam aut innuptam rapuit, ultimo ſupplicio puniatur: [idq;] extraneo etiam poſtulante, ſi pater mulieris exoratus conniuxerit. Dicit uerò etiam conſtit. 1. tit. 1. Nouellarum, quòd qui diaconiſſam conſtuprant, obnoxij ſint gladio, eorum'que facultates fiſcus capiat. Nouella 17. quæ de mandatis præſidum differit, interdicit, ne uirginum raptoribus aſyli termini ſeruentur. Et conſtit. 2. eiuſdem tit. ait: Qui diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aliam religioſum habitum geſtantem [mulierem] rapiunt, corrumpunt, uel conſtuprant: quiq; [illis ſeſe] aſſociant, capitali ſupplicio afficiuntur, ac res illorum iniuria affectæ [mulieris] eccleſiæ aut monaſterio per œconomum, epiſcopum, præſides & cohortes uindicantur. Ipſa uerò cum rebus ſuis in monaſterium conijcitur [ibidem] cautè aſſeruanda. Planè ſi diaconiſſa ſit, & legitimos liberos habeat, [illi] legitimam partem capiunt. Quòd ſi intra annum quàm iſtiuſmodi ſcelus innotuit, [eas] facultates uenerabiles domus non uindicent: fiſcus illas accipit. Quas ſi præſes uindicare neglexerit, cingulo priuatur, atque quinque libri [auri rebus Principis] priuatis [applicandis] mulctatur. Nouella autem 143, quæ de muliere rapta, quæ raptori nupſit, differit, iſtiuſmodi [mulierem] res raptoris neque ex lege, neque ex ipſius teſtamento, nec [item res] eorum qui ſceleris ſocij fuerunt, capere poſſe: ſed illas parentes ipſius, niſi ſpecialiter matrimonio conſenſerint, percipere: & ſi conſenſerint, aut [non] ſuperſint, eaſdem confiſcari dicit. SCHOLIVM. Digeſt. 39. tit. 2. lib. 47. eſt cap. 39. tit. 12. lib. 60. [quod habet,] ut in Compendio propoſitum eſt,

eſt. Scias tamen quòd tametſi talis ut fur aut plagiarius non teneatur: pecuniariè tamen à magiſtratu puniatur & caſtigetur. Quæras etiam thema ultimū tit. 37. lib. 60. quod circa finem dicit: Qui alienam ancillam ſtuprat, ſi diues eſt, pro delicto aureos triginta ſex ancillæ domino præbeto: ſi uerò uilis, uerberator, & quatenus facere poteſt, triginta ſex aureos dato. Digeſt. 29. tit. 5. lib. 48. eſt thema ult. cap. 29. tit 37. lib. 60. quod ita habet, ut ſcriptum eſt. Digeſt. 5. tit. 6. lib. 48. Dig. eſt thema 2. cap. 5. tit. 18. lib. 60. quod habet, quomodo ſcriptum eſt. Conſtit. 1. tit. 1. Nouellarum eſt cap. 12. Nouellæ Iuſtiniani 6. ſed non eſt poſita in Baſil Nouella 17. quæ de mandatis diſſerit, eſt cap. 21. tit. 3. lib. 6. Baſil. quod hæc ad uerbum dicit: Cæterùm homicidis, & adulteris, & raptum uirginum committentibus[a] intra [*ſacros*] terminos ſecuritatem non ſeruabis: ſed inde eos abſtrahes, & ſupplicium illis irrogabis. Neque enim his qui ad hunc delinquunt modum: ſed[b] cæteris, ne ab improbioribus talia patiantur, conuenit parcere. Præſertim [*uerò quum*] ſacrorum [*locorum*] immunitas à lege non iniuriantibus, ſed affectis iniuria conceſſa ſit. Atque [*adeò*] ne poſsibile [*quidem*] ſit, ut uterque, tam qui iniuriam facit, quàm qui patitur, [*ex æquo*] in ſacroſanctorum locorum immunitate protegatur. Conſtit. 2. eiuſdem tit. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. [*atque*] poſita in lib. 3. Baſil. tit. 1. cap. 12. hæc dicit: Si quis [*aſcetriam*] rapuerit, &c. ut ſcripta ſunt in textu. Nouella 143. poſita eſt in cap. 2. tit. 58. lib. 60. quod tradit quemadmodum manifeſtatum eſt. Legas uerò eundem 58. tit. etiam totum, ut qui ſpecioſa quædam ac multa de quarumcunque mulierum raptoribus doceat.

a τὴν ἐν τῷ ἱερῷ.
b τῶν πταιόντων.

DE [c]SACRI ORDINIS HOMINIBVS, QVI SE CVM *mulieribus lauant.* Cap. XXXI.

c ἱερατικῶν.

Concilij Laodiceni canon 30. Concilij ſexti canon 77. TEXTVS. Nouella 117. quæ de repudijs [*tractat,*] facultatem marito dat, ut ſi præter uoluntatem eius cum uiris ſe uxor lauet, ipſi repudium mittat. & matrimonium diſſoluat, eiuſque lucretur dotem. SCHOLIVM. Nouella Iuſtiniani 117. poſita eſt in lib. 28. tit. 7. atque 4. thema ca. 1. hęc dicit in hæc uerba: Si unà cū extraneis uiris nolente marito agitet conuiuia, aut cum ijs ſe lauet. Atque eſt hæc etiam una cauſſarum, quæ matrimonium ſoluunt.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, QVI LAICI FA*cti fuerint, aut*[d] *ad* [*mundanas*] *dignitates peruenerint, aut militauerint.* Cap. XXXII.

d ἀξιωματικῶν.

Apoſtolorum canon 83. Concilij Nicæni canon 12. Concilij Chalcedonenſis canon 7. TEXTVS. Lib. 1. Cod. tit. 3. conſt.[e] 37. Serui qui uoluntate dominorum monachi fiunt, libertatem conſequuntur. At ſi relicto [*monachali*] exercitio ad alium ſtatum tranſeant, in ſeruitutem retrahuntur. Et conſtit. 52 eiuſdem tit. Si quis quum clericus ſit, armatam militiam obeat, aut [*iam*] depoſitus in militiam concedat:[f] exauthoratur, & confeſtim ſuæ ciuitatis, aut alterius intra unam prouinciam, ſi ipſius ciuitas multos decuriones habet, decurio fit. Quòd ſi deliteſcat, ipſius bona decuriones inuolāt, & ſemiſſem ex reditib. [*iam*] conſtitutis aut emendis percipiunt, alter aūt ſemis præfectorū menſę infertur. Idem etiā in monacho, qui quomodocūque militat, aut dignitatē aſſumit, aut forenſem uitā ſectatur, [*obtinet.*] SCHOLIVM. Conſt. 37. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque eiuſdem tit. 52. neque 53. Quæras aūt lib. Baſil. 4. tit. 1. cap. 11. thema 3. quod ſic ait. Quòd ſi monachus monaſterium reliquerit, & ad ſecularem

e In lib. noſt. 38
f ἀποστρατεύεται.

uitam tranſierit:hic militia primùm & honore, ſi quem habet, denudatus per locorum epiſcopum & prouinciæ præſidem in monaſterium remittitor:& res quas poſtea habere monſtratus fuerit, ad monaſterium, in quod immittitur, pertinento. Si denuò quoq; monaſterium relinquat:tunc præſes eum prouinciæ, in qua inuentus fuerit, detineto, & ſubiectæ ſibi cohorti accenſeto. Et cap. 3. eiuſdem lib. & tit. quod ſic habet:Cæterùm ſi quis ad monaſticam uenire uitã uoluerit, iubemus, ut ſi quidẽ de eo cõſtet, q nulli [*ſeruili*] cõditioni obnoxius ſit:præſul monaſterij habitũ illi, quãdo ſibi uiſum fuerit, adhibeat. Si de eo nõ conſtet, cui nã conditioni obnoxius ſit, intra tres annos habitũ is monaſticum nõ aſſumat, ſed intra prædictum tempus monaſterij præſul periculum facito, ſi pedem referre uelit. Et ſi intra triennium emergat aliquis, qui hunc uel ſeruum, uel colonum, uel aſcripticium ſuum eſſe dicat, quodq; uel agricolationis laborem fugiens, uel aliquid furatus, uel propter aliquod delictum in monaſterium ingreſſus ſit, & hæc comprobata fuerint: reſtituitor is domino ſuo cum rebus quas in monaſterium intuliſſe probatus fuerit, data prius & accepta fide, quòd nihil à domino ſuo mali perpetietur. Si nemo intra triennium contra aliquam prædictarum perſonarum actionem & controuerſiam mouerit: monaſterij præſul poſt triennij decurſum tunc illi habitum præbeto, ſi iſtiuſmodi hominem dignum iudicauerit: neq; poſtea quiſquam ei negocium de ſtatu ac conditiõne ſua faceſsito, quamdiu tamen in monaſterio degit. Res uerò quas in monaſterium intuliſſe uidebitur, probanti id domino reſtituũtor. At ſi quis prædictarum perſonarum reliquerit monaſterium, & ad ſecularem uitam tranſierit, ſiue in urbibus ſiue per agros oberrans:ſuæ fortunæ ac conditioni redditor. Et cap. 10. eiuſdem tit. quod dicit: Interdicimus item parentibus, ne filios ſuos, ſimulatq; monaſticam uitam elegerint, è uenerabilibus monaſterijs abſtrahant. TEXTVS. Conſt. 55 eiuſdem tit. Non licet parentibus, ut impediant, quò minus liberi uolentes monachi aut clerici fiant:aut propter hoc ſolùm [*illos*] exhæredent. Sed ſi ipſi teſtamentũ condant, neceſſe habent, ut illis quadrantem relinquant:ſin autem, locus [*eſt*] ab inteſtato. Quòd ſi [*illi*] eccleſias aut monaſteria relinquant, atq; mundani fiant:omne ipſorum ius ad monaſterium aut eccleſiam pertinet. Dicit uerò etiam conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, quòd ſiue presbyter, ſiue diaconus, aut hypodiaconus, aut lector clericalem habitũ relinquere, & ad aliud uitæ genus tranſire uoluerit:uel cum bonis curiæ, uel egenus cohortali conditioni aſcribatur. Et conſt. 2. eiuſdem tit. Nemo, inquit, [*eccleſiaſticam*] ſuam ſortem deſerens, mundanus efficitor. Alioqui dignitate,

a τῆς ὡς εἰκὸς προσιούσης. [a] quæ fortè ipſi obuenerit, aut militia priuabitur, & ſuæ ciuitatis curiæ tradetur. Si ſeruus ſciente neq; contradicente domino clericus factus fuerit: liber & ingenuus ſit. At ſi dominus ignorauerit, atq; intra annum fortunam comprobet: illum recipit. Quòd ſi ita liber factus, ad mundanam uitam tranſeat:traditur domino in ſeruitutem. Itèm:Si qui per monachatum liber factus eſt, mundanus fiat, aut in ciuitatibus uel in agris circumerret:ſuæ fortunæ reſtituitur. Et conſt. 13. eiuſdem tit. ait: Si ſeruus ſecundum obſeruationem in illa [*traditam*] monachus factus, monaſterium relinquere, aliamq; uitę rationem ſectari tentauerit: licebit domino, poſteaquam fortunam comprobarit, ut ipſum trahat, & inter ſeruos ſubijciat. Sed & conſt. 1. tit. 1. Nouellarum dicit: Si monachus laicus factus fuerit, denudatur militia: & cum ijs quæ acquiſiuerit, per epiſcopũ in monaſterium mittitur. Præſes autem prouinciæ in qua comprehenſus fuerit, adiungit ipſum prouinciali cohorti. SCHOLIVM. Conſt. 53. tit. 3. lib. 1. Cod. non

b ἀνωτέρω. eſt poſita in Baſil. quemadmodum etiam [b] antea diximus. Quæras tamen lib. 4. tit. 1. cap. 9. quod ſic habet:Nullam autem licentiam damus aut patribus, ut liberos:aut liberis, ut parentes, qui ſecularem conuerſationem relinquunt, tanquam ingratos hæreditate ſua excludant, per cauſam aliquã quæ monaſticam

uitam

uitam præceſſerit. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 6. Hoc autē eius cap. non eſt poſitum in Baſil. Conſt. 2. eiuſdem tit. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [q; eſt] in lib. Baſil. 3. tit. 1. cuius 34. cap. dicit, quæcunq; in textu comprehenduntur. Legas [*etiam*] eiuſdem lib. & tit. cap. 37. quod inſertū eſt interpretationi cap. 36. tit. 1. præſentis operis. Conſt. 13. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 5. Hoc autem cap. non eſt poſitum in Baſil. Conſt. 2. eiuſdem tit. eſt ſimiliter Nouella 123. poſita [q; eſt] in lib. Baſil. 4. tit. 1. cap. 11. quod ad uerbum initio præſentis 32. cap. inſertum legas.

DE IIS QVI CLERICOS DELINQVERE SCIVNT, *& non manifeſtant.* Cap. XXXIII.

BAſilij canon 71. TEXTVS. De ijs qui fures, alijs'ue criminibus obnoxios, aut recipiunt, aut occultant, aut quum poſſunt non tradunt, tractant tit. 39. lib. 9. Cod. & tit. 16. lib. 47. Dig. iam ipſos pœnis quæ contra illos competunt, ſubijcientes: iam diuerſas pœnas inferentes. [*Qui*] etiam [*tractant*], quomodo rei qui in agris degunt, abſtrahantur. Qui uerò latronem cognatum aut propinquum cuſtodit & conſeruat, medio quodā modo punitur: ut digeſt. 2. dicti 16. tit. lib. 47. [*docet.*] SCHOLIVM. Tit. 39. lib. 9. Cod. poſitus eſt in cap. 3. tit. 27. lib. 60. Baſil. & ait in hunc modum: Qui ſciens quempiam obnoxiū crimini receperit: eandem pœnam ſuſtinebit. Qui fures receperit, & in iudicium non adduxerit: [*ſubſtātia eius*] publicator: aut pro qualitate perſonæ, prout iudici uiſum fuerit, punitor. Tit. 16 lib. 47. Dig. poſitus eſt in cap. 1. eiuſdē 27. tit. lib. 60. & aitt Latronū receptores, & qui quum apprehendere latrones poſſent, pecunia uel ſubreptorum parte accepta, [*illos*] dimiſerunt: perinde atq; latrones puniūtur. Digeſt. 2. tit. 16. lib. 47. Dig. eſt cap. 2. dicti 27. tit. quod expreſſè habet, ut ſcriptū eſt. Legas etiam 4. eius cap. quod docet, quomodo criminibus obnoxij, qui in prædijs [*ruſticis*] degunt, [*inde*] abſtrahantur: &, quòd niſi prædij domini hos magiſtratui offerant, eius dominio priuentur: primates autem prædij & procuratores, [*niſi id faciant,*] in exilium mittantur. Verùm tu quæras totum 27. tit. 60. lib. [*ac*] legas etiam lib. 1. tit. 1. cap. 22. 50. 90. & lib. 60. tit. 39. cap. ult. Complectuntur enim, quòd perinde atq; hæretici & incantatores, ij qui illos recipiunt & occultant, puniantur.

QVOD QVI CLERICI FIDEIVSSIONES DANT, *deponantur.* Cap. XXXIIII.

APoſtolorum canon 20. TEXTVS. Conſt. 25. & [a] 32. tit. 3. lib. Cod. clericos litigantes fideiuſsiones dare dicunt. Et conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum, clericos litigantes fideiuſſorem non dare, ſed [b] confeſsionem pignoraticiam ſine iuramento facere: epiſcopos autem litigantes neque fideiuſsiones dare, neque confeſsionem facere dicit. SCHOLIVM. Conſtit. 25. & 32 tit. 3 lib. 1. Cod. non ſunt poſitæ in Baſil. Conſtit. autem 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [q; eſt] in lib. 3. Baſil. tit. 1 cuius 44. & 45. cap. circa finem dicunt, quæcunq; à Photio in Compendio propoſita ſunt. Cæterùm quæ ſcripta ſunt in expoſitione 20. Canonis ſanctorum Apoſtolorum, ad ſolutionem ambiguitatis quæ de fideiuſsionibus epiſcoporum & clericorum inducitur, ſufficiunt: quæ legas.

a In lib. noſt. n

b ὁμολογίαν [illegible]

DE CLERICIS, QVI IN CAVPONA, VEL PVBLICO *diuerſorio cibum capiunt.* Cap. XXXV.

APoſtolorum canon 54. Concilij Laodiceni canon 24. Concilij Carthaginenſis canon 40 Concilij ſexti canon 9. TEXTVS. Conſt 14. tit. 1. Nouellarum ait, quòd monachum in caupona conuerſantē caſtigari oporteat, in prouincijs quidē à ciuitatū defenſorib. Conſtantinopoli uerò à prætoriorū præ-

fecto;

fectò: & à monaſteriorum antiſtite expelli. [*Tum etiam hanc*] legem ubiq; ualere, eamq; obſeruandam præfectos atq; præſides curare [*debere.*] SCHOLIVM. Conſt.14.tit.1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 133. poſita [*q. eſt*] in lib.4. Baſil. tit.1. cap.16. quod ſic habet, quemadmodum in Compendio propoſitum eſt. Quæras [*uerò*] etiam ſanctorum Apoſtolorum canonem 42. & 43.

DE CLERICIS IMPERATOREM, EPISCOPVM, *magiſtratum, aut presbyterum contumelia afficientibus.* Cap. XXXVI.

Apoſtolorum canon 55. 56. 84. TEXTVS. De clericis contumelia afficientibus ciuilis lex ſpecialiter nihil tractat. Dicit autem in lib.9. Cod. tit.7. conſtit.1. eaq; unica, quòd qui Imperatorem conuicijs inceſſerit, non puniatur, neque durum aliquid nec aſperum ſuſtineat. Aut enim [*inquit*] ex leuitate dixit, & contemnitur: aut ex inſania, et miſeratione dignus habetur: aut tanquam iniuriam paſſus, & condonatur. [*Eam*] autem [*rem*] ad Imperatorem referri, eumq; ex qualitate perſonæ iudicare, uenia'ne dignanda, an uerò punienda ſit. Nam dicitur etiam lib.48. tit.4. digeſt.7. iudices Principalis [*Maieſtatis*] ueneratione abuti non debere, ſed ueritatem ſpectare, an [*uidelicet*] perſona [*illa d*] facere potuerit, & an antè fecerit, & an cogitauerit, & an ſanæ mentis fuerit. Neque enim facilè garrulum puniri debere, niſi ſi tale delictum ſit, quod ex certa lege, aut [a] ad exemplum puniatur. Acerbius autem in milites inſurgi. Generaliter [*uerò*] de ijs qui contumelia afficiunt, uel uerberant, uel famoſos [*libellos*] conficiunt uel illos reperiunt, uel legunt & non diſrumpunt, tractat liber 47. tit.10. & lib.9. Cod. tit.35. & 36. & Inſtit. [*lib.*] 4. tit.4. in quibus dicitur, quòd [*iniuriarum actio*] tum pecuniariè tum criminaliter moueatur. Et, quòd iniuriarum damnatus infamis fiat: tametſi ſeruum alienum iniuria affecerit, aut amicè datis pecunijs [*de ea actione*] tranſegerit: uti lib.3. tit.2. digeſt. [b] 2. & [c] 6. [*traditur*]. Et, quòd atrox iniuria ſit, quæ magiſtratui, conſuli, ſacerdoti, [*alioqui*] ue [d] honore prædito fit. Et, quòd intra annum duntaxat [*hæc actio*] moueatur. Cæterùm in eos qui famoſos [*libellos*] componunt, qui'ue illos legunt, qui'ue uim eorum aliquibus dicunt, capitalis pœna cõſtituta eſt: quemadmodum lib.9. tit.36. [*docet.*] SCHOLIVM. Conſt.1. tit.7. lib.9. Cod. eſt lib.60. tit.36. cap.13. quod habet, quomodo in Compendio propoſitum eſt. Digeſt.7. tit.4. lib. 48. eſt thema 2. cap.8. tit.36. lib.60. quod expreſſe complectitur, quæcunq; in textu ſcripta ſunt. Nota itaq; utrumque, ut [e] admirandum, & ſanè quàm utile. Tit.10. lib.47. Dig. poſitus eſt in tit.21. lib.60. Baſil. ab initio, cuius diuerſa capita quæras de iniurijs & famoſis [*libellis*] differentia. Primùm autem eiuſdem tit. cap. hęc ad uerbum dicit: Generaliter iniuria dicitur, [f] quicquid non iure fit: ſpecialiter contumelia, & damnum [*culpa datum*], ut in [*lege*] Aquilia: & iniquitas, ut in eo qui iniquè & iniuſtè ſententiam dixit. Tit.35. lib.9. Cod. poſitus eſt in cap.43. tit.21. lib.60. quod dicit: Qui iniuriarum actionem per calumniam inſtituit, aut relegatur, aut à dignitate amouetur. Tit.36. eiuſdem lib. poſitus eſt in lib.60. tit.63. cuius 1. cap. hæc dicit: Quicunq; libellum famoſum obſignatum aut non ſignatum reperiens, non ſtatim combuſſerit, ſed legerit: ſubiaceto pœnæ, quam author eius [*deprehenſus*] ſubiret. Et cap.2. Qui libellum famoſum repererit, nulli alteri uim eius dicito: ſed diſrumpito, aut comburito. Qui hoc non fecerit, capitali pœnæ ſubiugabitur. Sanè uerò quiſq;, quæ in famoſo libello ponere uelit, cum fiducia deferto: ſciens quòd ſi [*illa*] probauerit, honore dignandus: ſi non probauerit, puniẽdus erit. Iſtiuſmodi aũt libellus, eius in quẽ editus eſt exiſtimationem non lædit. Tit.4. [*lib.*] 4. Inſtit. non eſt poſitus in Baſil. Dicit autem iniuriarum actionem & pecuniariè & criminaliter moueri. Digeſt.2. & 6. tit.2. lib.3. Dig.

a ἐξ ἴσου. b In lib. noſt. 1. c In noſtris 4. d ἀξιωμάτων. e ξένα. f τὸ παρανόμως.

Dig.poſita ſunt in initio cap.1. tit. 2. lib. 21. Baſil. cuius eiuſdem tit.diuerſa cap. quæras,ac [*ſimul*] legas thema 3.cap.1.eiuſdem tit. & lib. quod inſertum eſt 27. cap præſentis tit.circa medium.

DE IIS QVI CONIVRATIONES AVT [a] FACTIO- *nes faciunt.* Cap. XXXVII.

a φατρίας.

COncilij Chalcedonenſis canon 18.Concilij Carthaginenſis canon 53.Concilij ſexti canon 34. TEXTVS. Ciuilis etiam lex factiones atque coniurationes punit:quemadmodum lib.48.tit.4.& tit.19.digeſtum 11. & lib. 16. [*docent.*] SCHOLIVM. Tit.4.lib.48.Dig.poſitus eſt in tit.36.lib.60.Baſil.cuius 4.cap.quære.Ait autem illud,poſteaquam ipſum præcedentia cap.quí nam læſæ Maieſtatis crimine teneantur, dixerunt, hæc in hæc uerba : & qui effecit,ut aduerſus rempublicam coniuraretur:& qui in exercitu inſidias ſtruxit,eum'ue hoſtibus prodidit:& qui dolo [*malo*] impedijt, quo minus hoſtes in poteſtatem Romanorum deuenirent : aut cuius opera hoſtes [*commeatus*] copia, armis , equis, pecunia , alio'ue modo adiuti fuerint : aut ex reipublicæ amicis hoſtes fecit: aut qui impediuit, quo minus alia natio reipublicæ obtemperet: aut qui effecit, ut obſides, pecuniæ, aut iumenta hoſtibus [b] darentur. Digeſt.11.&16. tit. 19. lib. 48. Digeſt. eſt thema 3. cap. 11. tit. 51. lib. 60. & cap.16. eiuſdem tit. & libri. Vtrumque enim, eos qui coniurationes aut factiones faciunt,punit.

b Pro δειχθῶσι, lego δοθῶσι.

CVIVSMODI DELICTA ORDINATIO DILVAT. Cap. XXXVIII.

COncilij Nicæni canon 9. Concilij Ancyrani canon 12. & quę in eo à nobis ſcripta ſunt.

DE POENITENTIA. ET, QVI'NAM FACVLTATEM *habeant dandi pœnitentibus* [c] *abſolutionem.* &, *Quòd ſacerdoti liceat minuere* & *augere pœnas.* Cap. XXXIX.

c καταλλαγήν.

APoſtolorum canon 51.52.Concilij Nicæni canon 11. 12. Concilij Ancyrani canon 1.2.3.4.5.6.7.8. 9.Concilij Neocæſarienſis canon 1. 2. 11. 12. Concilij Carthaginenſis canon 6.7.27 47.48. Concilij Laodiceni canon 2. Concilij ſexti canon 102. Baſilij canon 5. 34.74.75.76. 82. 84. Gregorij Nyſſeni canon 3.4. 7.8. TEXTVS. Conſtit. 3. tit. 7. lib. 1. Cod. ſuſtulit pœnitentiam orthodoxorum ad hæreticos deficientium. Nouella autem 37. quæ de Africanis eccleſijs differit, talibus pœnitentiæ tempus dedit. Conſtit. porrò 34. tit.4 lib.1. Cod.& conſt.2.tit.1.Nouellarum, epiſcopo uidenti pœnitentiam clerici qui alea luſit, aut ſpectaculis [*ſe*] immiſcuit, poteſtatem facit, ut pœnam minuat, & antequam ſtatutum tempus completum ſit, ipſum ſacro miniſterio reſtituat. Verùm hoc in epiſcopis ſpeciale eſt. Nam ciuiles iudices facultatem habent, ut in ipſa ſententia pœnam tum augeant, tum minuant: ut tamen in utroq; [*modo*] rationem non excedant: quemadmodũ lib.48. tit. 19. dig. [d] 12. [*traditur*] tametſi eiuſdẽ lib. tit.16. dig.1. & lib.50. tit.1. digeſt.15. [*uel*] maximè dicat, quòd iudici facti quæſtio, non autem legis [e] perſecutio cõmiſſa ſit. Certè quidem qui iudicauit, ſententiam euertere non poteſt. Dicitur namque lib.7. Cod. tit.50. conſtit. 1. quòd neque ſuam neque [f] deceſſoris ſui ſententiam quiſquam reſcindere poſſit. Et lib.9. tit.47. conſt.15. quòd præſidi pœnam ſua dictam ſententia reuocare non liceat. SCHOLIVM. Conſtit.3. tit. 7. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. quãquam iſtiuſmodi tit. in lib.60. poſitus ſit tit.54. cap.23. Nouella Iuſtiniani 37.

d In lib. noſt. 13.

e ἐπεξελεύσεως.

f διαδεχθέντος.

quæ de eccleſijs Africanis diſſerit, non eſt poſita in Baſil. dat [*interim*] tamen his pœnitentiæ tempus. Conſtit. 34. tit. 4. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt cap. 22. tit. 1. lib. 3. Baſil. quod habet, ut in Compendio propoſitum eſt, [*quod idem*] è Nouella Iuſtiniani 123. cuius 15 cap. eſt, exemptum [*eſt*]. Digeſt. [a] 12. & 13. tit. 19. lib. 48. Digeſt. eſt cap. 11. tit. 51. lib. 60. quod ſic habet: Pro qualitate delicti oportet pœnam pronunciari: & uerò iudicem neque ſeuerum, neque mitem apparere: ſed in leuioribus lenem eſſe ipſum oportet, ac in grauioribus cum benigno temperamento ſeuerum. Et cap. 14. Qui extra ordinem de criminibus cognoſcit, augere & minuere pœnam poteſt: ita tamen, ut in utroque [*modo*] rationem non excedat. Digeſt. 1. tit. 16. lib. 48. Digeſt. eſt cap. 10. tit. 1. lib. 60. quod circa finem dicit, quòd facti quidem quæſtio iudici cõmiſſa ſit, legis autem perſecutio non item. Tit. 1. lib. 50. Dig. poſitus eſt in lib. 54. Baſil. tit. 1. cap. 1. Digeſt. autem 15. omiſſum eſt. Conſtit. 1. tit. 50. lib. 7. Cod. eſt cap. 86. tit. 1. lib. 9. Baſil. quod ſic habet: Neque deceſſoris neque ſuam ſententiam quenquam reuocare poſſe, in dubium non uenit: nec ab huiuſmodi decreto prouocationem proponi, explorati iuris eſt. Conſtit. 15. tit. 47. lib 9. Cod. eſt cap. 55. tit. 51. lib. 60 Baſil. quod ſic dicit: Pœnam reuocare præſidi nõ licet. Quæras etiam tit. 50. eiuſdem 60. lib. cap. 1. thema ult. & lib. 7. tit. 2. cap. 20. & lib. 9. tit. 1. cap. 84. & 127. & lib. 56. tit. 8. cap. 29. TEXTVS. In digeſt. 45. tit. 1. lib. 42. pœnam ſententia dictam, ſine Principali authoritate neque ampliari neque minui poſſe dicitur. Et lib. 48 tit. 18. digeſt. 1. ait: Si ſeruus metu ad dominum reuertendi [*crimen aliquod*] in ſe confingat, & poſt condemnationem eo de conſcijs quæſito, ueritas appareat: liberatur pœna, eaq; conditione ne ad dominum reuertatur à cohorte diuenditur, & precium domino datur. Iudex autem qui aliquem damnauit tanquam ſontem, liberare inſontem compertum non poteſt. Neque enim quiſquam ſententiam ſuam reuocat, etiamſi pecuniaria ſit. In criminibus igitur de eo ad Principem referre [*iudicem*] oportet. Et digeſt. 9. & 27. tit. 19. eiuſdem lib. Decurio neque in metallum, neque in opus metalli damnatur: nec furcæ ſubijcitur, neque exuritur. Sed tametſi tale quippiam iudicatum ſit, liberatur: non [*quidem*] per iudicem, ſed per Principem, qui [*eam rem*] edoctus pœnam aut permutat, aut remittit. Et: Præſides ſententias ſuas non reſcindunt. Si tamen in ſe quis mentitus, aut ob defectum teſtificationum condemnatus fuerit, & poſtmodum probationes quæ ipſum iuuent inueniantur: Princeps aut liberat eum, aut pœnam minuit. SCHOLIVM. Digeſt. 45. tit. 1. lib. 42. eſt thema penult. cap. 46. tit. 3. lib. 9. Baſil. quod habet, quomodo ſcriptum eſt. Interrogabit uerò quiſpiam, quum cap. 13. tit. 51. lib. 60. [b] paulo antè inſertum, iudicem augere & minuere pœnam poſſe dicat: qua ratione hîc dicatur contrarium. [*Sanè uerò*] qui extraordinariè de crimine iudicat, augere & minuere pœnam poteſt: qui autem de ordinaria cauſſa, quæ ex lege definitam & certam pœnam habet, criminaliter iudicat, id facere non poteſt. Aut dicas, quòd ante ſententiam quidem augere & minuere pœnam, etiam à lege definitam, poſsit: poſt ſententiam autem non poſsit. deſijt enim eſſe iudex. Quorſum quæras cap. 14. eiuſdem 51. tituli lib. 60. [*Atque*] in hunc [*quidem*] modum ſoluas & 8. thema cap. 13. tit. 2. lib. 21. & 3. atque 4. cap. tit. 3. eiuſdem libri. Digeſt. 1. tit. 18. lib. 48. eſt thema 19. cap. 1. tit. 50. lib. 60. quod eadem dicit, quæ in Compendio ſunt propoſita. Digeſt. 9. tit. 19. eiuſdem lib. Digeſt. non eſt poſitum in Baſil. Digeſt. 27. eiuſdem tit. & lib. Dig. eſt thema 2. cap. 27. tit. 51. lib 60. quod ſic habet: Si decuriones uel principales ciuitatum capitale aliquid cõmittant, uti exilio, relegatione, aut capitali pœna digni ſint: oportet præſidẽ eos uinctos cuſtodire, & ad Principẽ referre, relationi adiuncta in ipſos lata ſentẽtia. Thema aũt 1. eiuſdẽ tit. ait: Prӕſides ſententias ſuas reſcindere nequeũt: & quę deinceps in Cõpendio ſunt propoſita.

a In lib. noſt. 11.

b ἐπιδιορ.

TEXTVS. [Atq;] hæc [*quidem*] de perfectis ſententijs dicta ſint. Siquidem quæ iudex in parte [*aliqua iudicij*] interlocutus ſuerit, ea prorſus tollere & immutare poteſt: quemadmodum lib. 42. tit. 1. digeſt 14. & lib. 4. tit. 8. digeſt. 19. 20. [*traditur.*] Et meritò [*quidem.*] Nam qui interloquutus eſt, manet iudex: qui uerò ſententiam dixit, in eadem [*illa*] re iudex eſſe deſijt: ut lib. 42. tit. 1. digeſt. 55. [*docetur.*] SCHOLIVM. Digeſt. 14. tit. 1. lib. 42. Dig. eſt cap. 14. tit. 3. lib. 9. quod pauloantè inſertum eſt. Dig. 19. tit. 8. lib. 4. Dig. & 20. ſunt tit. 2. lib. 7. cap. 19. quod ſic habet: Arbiter prout ſibi uidetur iudicat, neq; in [*eius*] ſententiam inquirit prætor. Quod ſi in arbitrum [*ita*] compromiſſum ſit, ut certam ſententiam dicat: non ualet [*arbitrium*], nec ſententiam dicere cogitur. Dicit autem ſententiã, qui in animo habet pronunciato ſuo omnem controuerſiam decidere. Sed ſi de multis rebus [*arbiter*] ſumptus ſit: ſententiam dicere non uidetur, niſi omnes controuerſias finiat. Cæterùm ſi iudicauerit aliquid dari, aut reum abſolui: non poteſt poſtmodum contrariam ſententiam dicere. Quæ uerò de pręparatione cauſæ interlocutus eſt, mutare poteſt: utputa ſi iuſſerit Calendis [*iudicium*] obſeruare, & mox Idibus iubeat. Et cap. 20. Et ſi errauerit in ſententia dicenda, nõ corrigit. Quandoquidem qui iudicauit, iudex eſſe deſijt.

TITVLVS DECIMVS.

De adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum. &, De [rebus] epiſcoporum proprijs.

QVÒD OECONOMVM EX CLERO ECCLEſiæ, [*cuius œconomus eſt*] *eſſe oporteat.*

Caput I.

CONCILII Chalcedonenſis canon 26. Concilij Nicæni ſecundi canõ 11. Theophili ex Commonitorio canõ 9. TEXTVS. Conſt. [a] 32. tit. 3. lib. 1. Cod. œconomum ab epiſcopo fieri oportere dicit. Et conſt. 41. eiuſdem tit. per [b] explorationem fieri. Conſt. 24. eiuſdem tit. quòd oporteat œconomos ſingulis, uel ſummum alternis menſibus apud arcarios rationes conficere: alioqui periclitari. Et, quòd quiſq; œconomus quærat quæ ſuæ adminiſtrationis ſunt: reliqui uerò ſecundum iuſsionem patriarchæ non ſcriptam rationibus, ſubſcribant legi: quodq; citra hanc obſeruationem in rationem deducitur, id de ſuo œconomi dent. Et 42. eiuſdem tit. quòd ſingulis quibuſq; annis œcónomus rationes reddat tractus ſui epiſcopo, & reſtituat, ſi quod damnum dediſſe, aut lucrum feciſſe uideatur. Si uerò ante [*redditas*] rationes moriatur, illis hæredes eius teneri. Teneri autem ob negligentiam, aut ſi [*quid*] [c] ijs qui ſoluendo non ſunt elocauerit. Porrò 2. conſt. tit. 1. Nouellarum, interdicit œconomis, & orphanotrophis, & reliquarum uenerabilium domuum diſpenſatoribus, atque inſuper quarumcunq; [*domuum*] chartularijs, & horum parentibus ſimul & liberis, & alijs genere ipſis aut affinitate coniunctis, ne emphyteuſes, aut locationes, aut hypothecas rerum uenerabilibus domibus [*competentium*] uel per ſe uel per interpoſitas perſonas ſuſcipiant. Alioquin [*inquiens*] & contractus irritus erit, & œconomorum, & chartulariorum, & diſpenſatorum, quibus [*illi*] prædicto modo cõiuncti ſunt, uniuerſum patrimonium poſt ipſorũ mortem ad uenerabilem domum, unde rem ſuſceperunt, perueniet. SCHOLIVM. Conſt. 22. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neq; 21, neq; 41. neq; 42. Legas autem & 3. Iuſtiniani Nouellam, ſiue cap.

a In lib. noſt. 11

b *Δοκιμασίαν.*

c *ἀπόροις.*

ult.tit.2.lib.3.Baſil. quod ſic habet: Quemadmodum autem ad eam [*eccleſiam*] pertinentes ſumptus certa fine deſcripſimus, ita conuenit,ut ſanctiſſ. pro temporibus patriarcha & reuerendiſſ. clerici circunſpiciãt, ne reliqui ſumptus, qui ex eccleſiaſticis reditibus fiunt,aliter quàm in pias & Deo placitas cauſas inſumantur:& ut in illos conferantur,qui & reuera egent, nec aliunde habẽt unde uiuant.(hęc enim Dominum Deum conciliare ſolent) nõ uerò per patrocinia & hominũ ſtudia in locupletes diſtribuãt ea quæ ad eccleſiaſticos ſumptus ſuppetunt,ut exinde egentes uitę neceſſarijs defraudentur.Nouerint enim Dei amantiſſ. œconomi,tam qui nunc, quàm qui olim pro temporibus futuri ſunt, quòd ſi quid in his deliquerint, non tantùm pœnis cœleſtibus erunt obnoxij, ſed etiam de ſubſtantia ſua ſacroſanctę eccleſię indemnitatem præſtabunt.Nos ergo pręſentem Iuſtiniani Nouellã propter [a] formas,quæ à patriarchis [b] fraternitatum reliquarumq́ꝫ [c] frumentariarum penſionum nomine ad diuites atq; potentes perſonas emittuntur: atq; duas has ſecundum eius præſcriptum eſſe inualidas:quæ uerò ad egenos mittuntur,eſſe ratas.Conſt.2.tit.2.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 120.ſiue thema 2.cap.7.tit.2.lib. 5.Baſil.quod habet,ut in Compendio propoſitum eſt.

a τυπώματα. b ἀδιλφάτων c σιτηρεσίων.

DE RERVM ECCLESIASTICARVM ADMINI- *ſtratione.* Cap. II.

APoſtolorum canon 38.40.41.Concilij Antiocheni canon 24.25.Cyrilli ex epiſtola ad Domnum caput 2.Theophili ex Commonitorio caput 16. TEXTVS. Multa de rerum eccleſiaſticarum adminiſtratione dicta ſunt in tit. 2.lib.1.Cod.& multis Nouellarum conſtitutionibus.Legas uerò tit.2. Nouellarum,& præſertim 2.& 3.eius conſt.quæ comprehendunt quæcunq; ad eccleſiaſticas adminiſtrationes & priuilegia pertinent. SCHOLIVM. Tit.2.lib.1. Cod.poſitus eſt in lib.5.Baſil.tit.1.à cap.1.uſq; ad 11.Conſt.2.& 3.tit. 2. Nouellarum,eſt Nouella Iuſtiniani 120. & 131. quarum altera poſita eſt in lib.Baſil. 5.tit. 2.altera in eodem lib.tit.3.quos tit.legas.

d Legẽdo pro αὐ,αὐτῶν, hunc ſenſum elicio.

DE REBVS ET REDITIBVS ECCLESIARVM, *quæ ſine epiſcopo ſunt.* Cap. III.

COncilij Ancyrani canon 15. Concilij Chalcedonenſis canon 25. Concilij ſexti canon 35.

DE ALIENATIONE [RERVM] ECCLESIASTI- *carum.* Cap. IIII.

APoſtolorum canon 38.73.Concilij Ancyrani canon 15. Concilij Carthaginenſis canon 22.23.Concilij Niceni ſecundi canon 12.Cyrilli ex epiſtola ad Domnum cap.2.Lege quæ annotata ſunt in cap.2.præſentis tit.

DE BONIS EPISCOPORVM ET CLERICORVM *poſt ordinationem acquiſitis.* Cap. V.

COncilij Carthaginenſis canon 32.Concilij primi & ſecundi in ęde ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 7. TEXTVS. Conſt. [e] 33. tit.3.lib.1. Cod.ait:Quæcunq; epiſcopi & clerici & orthodoxi quo tempore in patria poteſtate eſſent acquiſierint: ea tametſi in poteſtate [*adhuc*] degant, propria habent,neque conferunt.Atque facultatem habent,ut [*aut*] uiui illa alienent,aut teſtamento extraneis relinquant,uel ad poſteros tranſmittant.Et conſt.41.eiuſdem tit.Quæ poſt epiſcopatum acquiſita ſunt,alienare, aut de illis teſtamentum facere epiſcopus non poteſt (extra quàm ſi à parentibus, aut patruis,uel auunculis, aut fratribus ad ipſum peruenerint) ſed ad ipſius eccleſiam pertinẽt,& poſt eius mortem rationes harum rerum ab œconomis exiguntur.Quę uerò ante epiſcopatum acquiſita ſunt,& alienat,& de ijs teſtamentum condit.

e In lib.noſt.32.

Et

Et conſt. a 45. epiſcopi, clerici, & diaconi quaſi caſtrenſia [*peculia*] habent, & iure ſuper illis teſtantur, neque teſtamentum DE INOFFICIOSO [*querelæ*] eſt obnoxium. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum: Quę poſt epiſcopatum, inquit, [*aut*] mobiles aut ſe mouentes res acquiſitæ ſunt, eas epiſcopi ad cognatos alios'ue nullo modo trãſferunto: ſed ad redemptionem captiuorum, aut pauperum alimoniam, aut in utilitatem eccleſiæ ſuæ expendunto. Quę uerò ex his poſt illorum obitum ſuperfuerint: ipſorum eccleſia uindicato. At quæ ante epiſcopatum habuiſſe comprobati fuerint, aut poſt epiſcopatum à cognatis, quibus ab inteſtato uſq; ad quartum gradum ſuccedere poterant, ad ipſos peruenerint: [*eorum*] alienandorum facultatem habent. Atque hæc [*quidem*] in orphanotrophis etiam obtinent, & ptochotrophis, & noſocomis, & gerontocomis, & xenodochis, & omnibus alijs uenerabilium domuum diſpẽſatoribus: in [*rebus uidelicet*], quæ diſpenſationis ſuæ tempore prædicto modo ad ipſos peruenerint. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, quæ poſt ordinationem ab epiſcopis acquiſita ſunt, ea ad eccleſias ipſorum pertinere, ſimplicius dicit: Omnes, inquiens, clerici (hoc eſt, presbyteri, diaconi, lectores, cantores) quas res quomodocunq; acquiſierint, tametſi ſub patria poteſtate ſint, proprias habent, [*eas*] & donare, ac de ijs teſtari [*poſſunt*:] ita tamen, ut ipſorum filij, aut his non ſubſiſtentibus, parentes, legitimam portionem ferant. Conſtit. 3. tit. 2. Nouellarum ait: Quòd ſi epiſcopus, aut clericus cuiuſcunq; gradus, aut eccleſiæ diaconiſſa ſine teſtamento uel legitimis decedat ſucceſſoribus: horum ſucceſsio eccleſię, in quam ordinati fuerunt, applicatur. SCHOLIVM. Conſtit. 33. tit. 3. lib. 1. Cod. eſt cap 8. tit. 3. lib. 3. Baſil. quod ſic habet: Quæcunque presbyter & diaconus ſub patria poteſtate acquiſierit, quolibet modo alienato, ac de ijs teſtator: neq; illa ab ijs qui ipſum in poteſtate habent, uindicantor, aut cum fratribus eorum'ue filijs conferuntor: ſed ipſius liberi, tametſi inteſtatus deceſſerit, capiunto. Conſt. 41. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. ſimiliter neq; conſt. 45. eiuſdem tit. & lib. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. [*ac*] poſita [*eſt*] in lib. 5. tit. 3. Cuius ſanè Nouellæ cap. 10. hæc eadem docet, quæ in Compendio ſunt propoſita, uoce, Immobiles, tantummodo adiecta. Dicit enim, neque mobilia, neq; immobilia, neque ſe mouentia, ab epiſcopis poſt epiſcopatum acquiſita, alienari. At tit. 10. Nouellarum, ut ex textu conſtat, mobilium & ſe mouentium duntaxat meminit. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [*q. eſt*] in lib. 3. Baſil. tit. 1. atque 42. eius cap. dicit, quæcunque in textu ſcripta ſunt. Conſtit. 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. poſita [*q. eſt*] in lib. 5 Baſil. tit. 3. ac circa 10. cap. in fine dicit, quæcunque in textu compendioſè propoſita ſunt.

a *in lib. noſt.*

DE PROPRIIS EPISCOPI REBVS. ET, QVOD *inteſtatus decedere non debeat.* Cap. VI.

APoſtolorum canon 40. Concilij Antiocheni canon 24. Concilij Chalcedonenſis canon 22. Concilij Sardicenſis canon 12. Concilij Carthaginenſis canon 22. 81. Legas quæ in 5. cap. præſentis tit. annotata ſunt.

VT QVAE IN BARBARIS GENTIBVS SVNT DEI *eccleſiæ, ſecundum obtinentem conſuetudinem adminiſtrentur.* Cap. VII.

COncilij Conſtantinopolitani canõ 2. Concilij Chalcedonenſis canon 28. Concilij ſexti canon 30. 37. 9.

NE EPISCOPVS, NEQVE CLERICVS PER DOnationem aut teſtamentum [quicquam] hæretico det, tametſi ipſius cognatus ſit. Cap. VIII.

COncilij Carthaginenſis canon 22. 81. TEXTVS. Nedum ab epiſcopis & clericis accipere hæretici prohibentur, uerumetiam ab alijs. Dicitur enim lib. 1. tit. 5. conſt.[a] 10. quòd orthodoxus rem immobilem quæ orthodoxam eccleſiam habeat, nullo modo in hæreticum transferre poſsit: [aut] alioqui [illam] confiſcari. Rurſus conſt. 3. tit. 2. Nouellarum ait: Si orthodoxus habens poſſeſsionem in qua ſancta ſit eccleſia, [illam] alienauerit, uel reliquerit, uel in emphyteuſin dederit, uel locauerit, uel quocunq; adminiſtrationis genere præbuerit aut Iudæo, aut Samaritano, aut Pagano, aut Montaniſtæ, aut Ariano, aut breuiter alij hæretico: eius[b] oppiduli eccleſia ipſius dominium uindicato. Lib. 1. tit 5. conſt. 18. Si hæreticus, ut militiam uel dignitatem conſequatur, aut publico munere fungatur, aut doceat, aut cauſis patrocinetur, orthodoxum [ſe] ſimulet, & uxorem aut filios hæreticos [ipſum] habere conſtet, eijcitur. Sed etſi lateat, non poteſt quicquam rerum ſuarum donare, alioqui'ue alienare in hæreticum. Verùm illas ipſiusq; hæreditatem quæ hæretico defertur, uindicat fiſcus. In uniuerſum enim qui militiam [aliquam] dignitatem'ue obtinent: qui aduocationibus [uacant :] qui publico munere,[c] militari'ue magiſtratu [funguntur:] ſolos orthodoxos hæredes habent: & quæ ab illis quomodocunq; ad hæreticos perueniunt, exigit fiſcus. Rurſus eadem conſt. dicit:[d] Si filiorum alij ſint hæretici, alij orthodoxi, ſoli orthodoxi hæredes ſunt. Quòd ſi omnes ſint hæretici, cognati orthodoxi hæreditatem capiunt. Si uerò nulli ſint, ſuccedit fiſcus. Conſt. 19. Hæreticus hæretici filius neque donationem neque hæreditatem patris percipit. Conſt.[e] 22. Neque ex militis teſtamento hæreticus hæreditatem aut legatum capit. SCHOLIVM. Conſtit. 10. tit. 5. libri 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſt. 3. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 135. poſita [q; eſt] in lib. 5. Baſil. tit. 3. atque 3. thema cap. 11. eiuſdem tit. dicit, quæcunq; in textu ſcripta ſunt. Conſt. 18. tit. 5. lib. 1. Cod non eſt poſita in Baſil. neq; 19. neq; 22. TEXTVS. Quæ exhæreditationis cauſas ordinat Nouella 115. ait: Si parens orthodoxus ſentiat filios ſuos non eſſe orthodoxos, ipſos exhæredandi facultatem habet. Quòd ſi e diuerſo parens hæreticus ſit, non alios quàm orthodoxos filios, aut his non ſubſiſtentibus orthodoxos cognatos, hęredes ſcribendi facultatem habeto. Sed ſi ex liberis aliqui ſint orthodoxi, aliqui uerò nō: ſubſtantia ad orthodoxos peruenit: tametſi pater alios [etiam] hæredes ſcripſerit. Si uerò poſtmodum hæretici fratres orthodoxi fiant, datur ipſis competens portio: non autē etiam præteriti fructus, neque adminiſtrationis rationes exigunt. Interim tamen res [hæreditarias] orthodoxi alienare non poſſunt. At ſi ad mortem uſq; in errore permanſerint, plenum dominium orthodoxi [eorumq;] hæredes acquirunt. Planè ſi omnes liberi hæretici ſint, cognati orthodoxi hæredes fiunt. Qui ſi nulli ſint, tum ſi clerici parentes fuerint, eccleſia ciuitatis, in qua domicilium habuerunt, facultates percipit. Sed ſi eccleſiaſtici intra annum illas uindicare neglexerint, capit eas fiſcus. At ſi laici fuerint, ſiue teſtati ſint ſiue non, facultates fiſcus capit. Eadem obtinent, ſi filius orthodoxus parentes hæreticos [eſſe] ſentiat, quando [uidelicet] ipſe teſtamentum facit: ei'ue ſucceditur. Conſtit. De Samaritanis 1. quæ 2 eſt tit. 3. Nouellarum, permiſit Samaritanis tum ex donatione atque teſtamento capere, tum donare, & ad liberos ſuos, parentes, cognatos Samaritanos tranſmittere. At de Samaritanis ult. quæ eſt 3. tit. 3. Nouellarum, dicit: Samaritani ex teſtamento aut ab inteſtato hęredes non fiunt, neque legata donationes'ue capiunt: ſed nec Samaritanos, aut qui orthodoxos ſe ſimulant, non ita autem ſentiunt, ab inteſtato ſucceſſores habebunt. Neq; [uerò] teſta-

a In lib. noſt. 9

b κώμης.

c συγκροτῶσιν.

d Habent hæc lib. noſtri conſtit. 11.

e In lib. noſt. 13

teſtamentum faciunt aut legant, aut donant: niſi orthodoxis & fide & operibus: quibus non ſubſiſtentibus, bona poſt mortem ad fiſcum perueniunt. Cæterùm qui Samaritani terras colunt, parentes atque liberos ſuos hæredes ſcribere, atque ipſis & ex tranſuerſo [*cognatis*], tametſi Samaritani ſint, legare poſſunt. Quòd ſi horum nullus ſit, prædij in quo defunctus agricolabatur, dominus ſubſtantiam capit: [*quippe qui*] uicem fiſci in hoc obtineat. Conſtit. 3. tit. 2. Nouellarum dicit: Nullus hæreticus per conductionem aut emphyteuſim, aut emptionem, aut alio modo ab eccleſia alio'ue uenerabili loco res immobiles capito. Alioqui hæreticus quæ hac de cauſa dedit, amittito: res autem ad locum ex quo data eſt recurrito: diſpenſator autem qui dedit decætero à diſpenſatione arcetor, & in monaſterium conijcitor, & per annum à ſancta communione ſegregator. Rurſus eadem conſtit. ait: Si quis hæreticorum, quibus connumerantur Neſtoriani, Eutychianiſtæ, & Acephali, [a] ſpeluncam auſit religionis ſuæ exædificare, aut Iudæi nouam ſynagogam extruere: hæc eccleſia uindicato. Si [*quis*] uerò [*quippiam*] huiuſmodi perſonæ in emphyteuſin dederit, aut locauerit, aut quomodocunque adminiſtrandum conceſſerit: & quidem hæreticum illum [*eſſe*] ſciens id fecerit: omnes reditus quamdiu contractus durat, eccleſia ciuitatis, ſub qua poſſeſſio ſita eſt, uindicat: ſin ignorans, nullum illi damnum obuenit. Hæreticus autem in utroque caſu & à poſſeſſione abigitur, & [*eius bona*] publicantur. SCHOLIVM. Nouella 115. Imperatoris Iuſtiniani poſita eſt in cap. 38. tit. 8. lib. 35. Baſil. Dicit autem eius 14. cap. hæc ad uerbum: Si quis ex memoratis parentibus, quum ipſe orthodoxus ſit, ſentiat filium ſuũ aut filios non eſſe catholicæ eccleſiæ, &c. quomodo ſub Compendio in textu ſunt propoſita. De Samaritanis conſtit. 1. quæ eſt 2. tit. 3. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 129. ſed non eſt poſita in Baſil. Neque Nouella 3. quæ eſt Iuſtiniani 144. Quæras aũt cap. 51. tit. 1. lib. 1. ac legas illud cũ reliquis cap. uſque ad finem tit. quæ complectuntur quæcunque in textu compendioſè ſunt propoſita, & [*inſuper*] de hæreticis alia multa atque neceſſaria. Ex his enim integra caſtra (uti conſtat) & regiones Bogomilicas errare, atque in hæreſi ſua mori ſinimus: unum uerò & uilis conditionis talem hæreticum in regia urbe commorantem inuenientes, uehementer punimus. Conſtit. 3. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. poſita [*q. eſt*] in lib. Baſil. 3. cuius 11. cap. dicit quęcunque in textu compendioſè propoſita ſunt. Legas [*autem*] illud uſque ad cap. 12. Nam omnia eiuſdem 11. cap. themata iſtiuſmodi docent.

[a] κατεγώγιον.

TITVLVS VNDECIMVS.
De monaſteriis, & monachis.

DE EXTRVCTIONE MONASTERIORVM, ET NE illa priuati [*iuris*] fiant. &, De rebus monachorum. Caput I.

CONCILII Chalcedonenſis canõ 4. 24. Concilij ſexti canon 49. Concilij Nicęni ſecundi canõ 13. Concilij primi & ſecũdi in ęde ſanctorũ Apoſtolorũ [*habiti*] canon 1. & 6. TEXTVS. Conſt. 13. tit. 1. Nouellarũ ait: Qui monaſteriũ ædificare uult, prius cum locorũ epiſcopo agito, quo ille ueniens uotum faciat, & crucem figat: atq; tum [*demum*] ædificij fundamentum iacitor. Et conſt. 3. tit. 2. Nouellarum ait: Qui monaſterium extruere uult, non aliter ædificationem incipito, niſi locorum epiſcopus preces illis profuderit, & precioſam crucem fixerit. Certè qui ſemel extruere, uel uetus renouare cœpit, conſummare cogitur. Legas [*uerò*] etiam quæ anno-

tata

tata ſunt in cap.2.tit.2.& cap.14.tit.3.pręſentis operis. Conſt.1.tit.2.Nouellarum ait: Nemo monaſterium, in quo altare erectum, aut ſacrum miniſterium exhibitũ, aut monachalis exercitatio fuerit: [*uel*] uendito, uel permutato, uel donato. Alioqui quod factum fuerit, irritum erit: & qui ceperit, precijs excidet: qui autem uendiderit, & rei & precij amiſsione multabitur: atque illa ſanctiſſ. eius loci eccleſiæ, uenerabilibusq; eius loci monaſterijs attribuentur. Quamobrem [*eccleſiarum atq; monaſteriorum diſpenſatores*] diſpiciant, ut quod malè alienatum eſt, ad monaſticæ [*habitationis*] formam reducant. Neque [*uerò*] hypotheca in his ualeto, ſed irrita eſto, & monaſterium ſancto miniſterio addicitor. Et conſtit. 2. tit.2.Nouellarum ait: Monaſterium in hoc ne alienator, ut ſacrata forma in priuatam conuerſationem transformetur. Alioqui epiſcopi id monaſterium uindicandi, & ad priſtinam formam reducẽdi facultatẽ habẽt. Lib. 1. tit.3.conſt.38. ait: Qui monaſteria ſua relinquant, non recipiũt quas ad illa [*res*] mobiles adduxerunt, cuiuſcunq; quantitatis fuerint: tametſi de illis nulla actorum monumẽta confecta ſint. In immobilibus autem ius ſeruari oportet. quoniam illi qui dedit, illarum uindicatio non interit. Et conſt.13.tit.1.Nouellarum dicit: Si quis monachus recedere uelit, quaſcunq; res, quando [*monaſterium*] ingreſſus eſt, habuit, in monaſterij dominium cadent. Et: Quum monaſterium ingreditur, quenq; de rebus ſuis ſtatuere oportet. Ingredientem enim [*illæ*] comitantur: tametſi id non expreſſè dixerit. Verùm ſi quum liberos habeat, illis res aliquas, quæ legitimam portionem ſubſtantiæ eius conficiant, dotis donationis'ue ante nuptias nomine donauerit: in reliquis illi nullam communicationem habento. Sin nihil ipſis, aut minus legitima donauerit: etiam poſt quã ipſe monachus factus fuerit, debetur illis legitima. Planè ſi maritus aut uxor uitam monaſticã ſuſcipiat: alter caſum ex morte lucratur. Et, Si monachus in militiã, aut ad aliam uitæ formam abeat: ſubſtantia eius apud monaſterium remanet, ipſe uerò prouincialis cohortalis fit. Sed & ſi quis in aliud monaſterium tranſeat: facultates ipſius ad primum monaſterium pertinent. Cæterùm præſules ipſum ne ſuſcipiunto: atq; hoc [*ipſum*] tum epiſcopi tum archimandritæ prohibento. Dicit uerò etiã conſt.52.tit.3.lib.1. Si quis[a] ex caſu SI LIBERI NON EXISTENT, reſtitutione uel ſuſtitutione grauatus fuerit, & quòd uitam monaſticam præferat, matrimonium contrahere nolit: res [*aſsignatas*] retinet, atque dum uiuit, inſumit illas, aut quomodo uult relinquit, dummodo in pias cauſas. Sed & ſi ſub conditione procreandorum liberorum ipſi relictæ ſint, habet illas liberis non procreatis. Idem etiam de uirginitatem ſectantibus [*mulieribus*] eadem conſt. dicit. Quòd ſi unus cõiugum uitam monaſticam ſuſcipiat, alter repudium mittit, locusq; [*eſt*] ex morte pactis, & quod inde lucrũ prouenit, ſeruatur ex eodem matrimonio forte exiſtentibus liberis, aut[b] id lucratur [*ea*] perſona quæ ad ſecundum matrimonium non deuenit. Cæterùm ſi ſponſus quiſpiam in monaſterium concedat, ſimplices arræ adduntur, nullumq; damnum ſubitur: ut eiuſdem tit. conſt.[c] 54. SCHOLIVM. Conſt.13.tit.1.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſitumq; eſt 52. eius cap. in lib. Baſil.4.tit.1.cap.1. atque illa docet quæ in textu ſcripta ſunt. Conſt.3.tit.2.Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 131. poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil.5. tit.3. Dicit autem 4. eiuſdem tit. cap. quæcunq; in textu cõpendioſè ſunt propoſita. Conſt.1.tit.2.Nouellarum, eſt cap.10. Iuſtinianeæ 7. Nouellæ. Non eſt autem poſitum in Baſilic. Conſtit. 2. tit. 2. Nouellarum, eſt Nouella 120. poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil. 5. tit. 2. Dicit autem 15. eiuſdem tit. cap. quæcunq; in textu ſcripta ſunt. Conſt.38.tit.3.lib.1. Cod. nõ eſt poſita in Baſil. Neq; conſt.13.tit.1.Nouellarum, quæ eſt Nouella Iuſtiniani 5. Neq; conſt. 52.tit.3.lib.1.Cod. Neq; 54. TEXTVS. Et quæ de repudio tractat Nouella 117. ait: Si præter cauſas ab ipſa dictas mulier repudiũ miſerit: dos marito aut in dominiũ, aut ſi liberi ſubſint in uſumfructũ datur. Mulier aũt per iudicẽ epiſcopo

ciui-

a ἐξ ἀπαιδίας

b Pro τὸ κερδᾶναι, lego τὸ τὸ κερδαίνειν.

c In lib. noſtris 42.

ciuitatis in qua habitat traditur, & per ipſum ad omnem eius uitã in monaſterium conijcitur. Atque ſi quidem liberos habeat, beſſem ſubſtantiæ eius [*illi*] capiunt, trientem uerò monaſterium. Sin uerò non liberos, ſed parentes habeat: beſſem monaſterio, trientem autem parentibus dato: extra quàm ſi qui illã in poteſtate habẽt, iniuſto repudio aſſenſum præbuerint. Tũc enim omnia monaſterio applicantur, quemadmodũ etiã quãdo neq; liberos neq; parentes mulier habet. SCHOLIVM. Nouella Imperatoris Iuſtiniani 117. poſita eſt ab initio cap. 9. in 7. tit. lib. 28. Baſil. Hoc autẽ cap. omiſſum eſt, & non inſertum Baſil. Sed pro hoc in eodem 7. tit. de matrimonijs iuſta de cauſa diſſoluendis, ac de pœnis quæ citra rationem illa dirimentibus infliguntur, multa ex [a] 117. Nouella & 22 & alijs poſita ſunt cap. Quæras autem 7. tit. totum de ſolutione matrimoniorum tractantem. TEXTVS. Et conſt. 2. tit. 1. Nouellarum ait: Quum ſeruus aut aſcripticius ſecundum hanc diſtinctionem monachus factus fuerit: res quas in monaſterium attulerit, capit dominus. Non cohabitẽt monachi ſimul & monaſtriæ. Alioqui in alia loca transferuntur uiri, & res [*communes*] inter ipſos pro eo quantum cuique iuris competit diuiduntur. Si qui ſub conditione matrimonij, aut non ſuſcipiendorum liberorum, legato uel reſtitutione grauatus eſt, aut ſi cui quicquam hac conditione donatum eſt, ad quem'ue [*quicquam*] peruenerit, monachus aut monaſtria fiat: extinguitur reſtitutio. Nam tametſi monaſterijs [*poſtmodum illi*] egrediantur: iſtiuſmodi tamen res cum ipſorum alijs ad monaſteria pertinent. Si tamen ad redemptionem captiuorum, aut exhibitionem pauperum iſtiuſmodi reſtitutio mandata ſit: nullo prædictorum modorum excluditur. Eius bona qui monaſterium intrat, ſi liberos non habet, ad monaſterium pertinent. Sed ſi habet, nec de rebus ſuis priuſquam intret ſtatuit: ſtatuendi poſtmodum facultatem habet. Non poteſt autem minuere legitimam. Sibi uerò unius filiorum portionem ſeruat, quæ monaſterio applicari debet. Quòd ſi priuſquam diſpoſitionem faciat, in monaſterio decedat: legitimam liberi capiunt, reſiduum uerò monaſterium. Nullus ſponſus occaſione arrarum diſpendium facit, ſi uitam monaſticam ſuſcipit. [*Porrò*] matrimonium etiam, quum alter [*coniugum*] monachalem habitum ſumit, citra repudium dirimitur: & mulier dotem aliasq; ſuas res recipit. Vtercunque autem in monaſterium non concedit: ei lucrum quod in mortem pactum eſt competit. Planè ſi ambo [*mundum*] ualere iuſſerint: neuter ab altero [*quicquam*] lucri ſentit: niſi ſi ſponte alter alteri [*aliquid*] donet. SCHOLIVM. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſitaq; eſt ab initio 52. ſui cap. in tit. 1 lib. 4. Baſil. Legas autem cap. 3. huius tit. ſiue Nouellæ cap. 54. quod inſertum eſt Scholiò 32. cap. tit. 9. præſentis operis. Proinde ne monachi & monaſtriæ ſimul habitent, dicit thema 2. cap. 4. tit. 1. lib. 4. Baſil. quod eſt thema 2. cap. 55. Nouellæ Iuſtinianeæ 123. quæcunque in textu compendioſè propoſita ſunt. De ijs qui ſub conditione matrimonij, aut non ſuſcipiendorum liberorum legato uel reſtitutione grauati ſunt, [b] compendioſè propoſuit Patriarcha circa finem cap. 1. tit. 2. præſentis operis Nouellam Iuſtiniani 123. ſiue 5. cap. tit. 1. lib. 4. Baſil. quod legas, atque inſuper quæ hîc compendioſè propoſita ſunt, quæ eiuſdem cap. pars ſunt. TEXTVS. Quæ de uicarijs differit conſtit. 134. ait: Si mulier adulterij condemnata ſit: cõpetentibus ſubdita pœnis in monaſterium conijcitur. Poteſtatem autem maritus habet, ut illam intra biennium recipiat: neque per ea quæ medio tempore [*facta ſunt*,] matrimonium læditur. Sed ſi [*id*] tempus prætereat, aut non recepta illa [*maritus*] decedat: aſſumit habitum: & ſi quidem liberos habet, octo [*illi*] uncias capiunt, monaſterium autem quatuor. ſin aſcendentes duntaxat, [c] qui ad iſtam inſolentiam opem non tulerint, capiunt [*illi*] uncias quatuor, monaſterium autem octo. Sed ſi opem tulerint, aut omnino nulli neque aſcendentes neque deſcendentes fuerint: monaſterium

a Male in Græcis eſt [illegible].

b [illegible]

c [illegible]

omnia percipit. [*Interim tamen*] quæ in nuptialibus pactionib. [*comprehenſa ſunt,*] in omnibus caſibus marito ſeruabuntur. Quòd ſi quis de adulterio accuſatus per proditionem iudicis uel aliam cauſam pœnas effugerit, & poſtmodum [*uel*] uiuo uel mortuo adulteræ marito, cum illa turpiter conuerſetur, aut in matrimonium ipſam aſſumpſerit: matrimonium nullius eſt momenti: atque uir quidem à magiſtratu punitur, mulier uerò caſtigata & tonſa in omne uitæ tempus in monaſterium conijcitur. [*Vtriuſque*] autem res periculo (quomodo dictum eſt) comitis [*rerum*] priuatarum atque præſidis loci diuiduntur. SCHOLIVM. De uicarijs Iuſtinianea 134. conſt. poſita eſt in themate 2. cap. 1. tit. 7. lib. 28. Baſil. quod legas. Hîc enim inſerta non ſunt, quoniam tum hîc tum in 4. cap. tit. 13. præſentis Operis, in Compendio ſunt propoſita. Ac ſimiliter Nouella 17. in Compendio eſt propoſita: quam etiam legas. Illa uerò de adulterij accuſato, qui per proditionem iudicis pœnas effugerit, non ſunt poſita in Baſil. Legas [*uerò*] etiam Nouellam 32. Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi [*cognitu ſanè*] maximè neceſſariam.

DE IIS QVI EX ALIIS MONASTERIIS PRAE- *ſules aut clerici fiunt.* Cap. II.

Concilij Carthaginenſis canon 80. Concilij Nicæni ſecundi canon 21.

DE SERVIS QVI MONACHI FIVNT, ET PIE- *tatis prætextu dominos contemnunt, neq; [illis] ſeruiunt.* Cap. III.

Concilij Gangrenſis canon 3. Concilij ſexti canon 85. Concilij Chalcedo-
a In lib. noſt. 34 nenſis canon 4. TEXTVS. Conſtit. [a] 36. tituli tertij libri primi, Cod. ait, quòd qui aſcripticij citra conſenſum dominorum monachi facti ſunt, ita i-
b In noſtris 35. pſis obnoxij ſunt, tanquam monachi facti non eſſent. Conſtit. [b] 37. Serui uoluntate dominorum monachi facti, libertatem conſequuntur. Sed ſi relicta uita ſolitaria ad alium [*uitæ*] ſtatum tranſierint, ſeruituti denuò ſubiugantur. Conſtitutio decimatertia, tituli primi Nouellarum ait: Monaſticæ uitæ
c Pro παραμό- [c] candidati, ſiue liberi ſiue ſerui ſint, [*admiſſionem*] per triennium toleranter
νοντες, lego πα- expectanto. [*Interea tamen*] tonſura & ueſtitu laicorum utuntor: ſcripturas di-
ραγγέλλοντες. ſcunto: conditionem ſuam, & cauſam quare monachi fieri cupiant, ne fortè mala ſit, fatentor: & admouentor. Et ſi triennium expectarint, digni'que qui monachi fiant uideantur: tunc tondentor, atque ſeruitute liberantor. Si quis uerò intra triennium in ſeruitutem quenquam aſſerat, ipſum quòd nonnulla ſurripuiſſet, ad monaſterium accurriſſe dicens: ne confeſtim illum abſtrahito: ſed priùs & ſeruum ipſum eſſe, & propter furtum uel enormia delicta aufugiſſe, probato: atque tum [*demum*] cum ijs, quæ in monaſterium intuliſſe
d ὡς ἄνω. [d] conſtabit, ipſum recipito. [*Priùs*] tamen ſe nihil illi propter hoc mali facturũ, fidem dato. Sin uerò hæc non probentur, & ille ex uita monaſtica honeſtus appareat: quanquam triennium necdum elapſum ſit, maneto in monaſterio. Sanè qui poſt triennium dignus apparuerit, ſiue ſeruus ſiue liber ſit, in monaſtica uita perſeuerato: neque ea de [*cauſa*], etiamſi antea quippiam cõmiſerit, à quoquam deinceps moleſtia afficitor. Veruntamen quę furto ſublata eſſe cõſtabit, ubicunq; fuerint, domino reddũtor. Et conſt. 2. eiuſdẽ tit. ait: Si quis monaſticũ habitũ aſſumere uelit, ſi quidẽ [*ſeruili*] conditioni ipſum non eſſe obnoxiũ conſtet, præſul quando uiſum fuerit, illi habitum dato: ſin ignoretur, differto. Et ſi quis intra triennium probet ipſum [*ſuum*] ſeruum, aſcripticium, aut colonum

[*eſſe:*]

[*eſſe:*] [a] data illi fide, [*unà*] cum rebus quas ſurripuiſſe conſtabit, ipſum recipit. Quòd ſi nullus intra triennium [*illum*] conueniat, [*atque præſul*] dignum ipſum iudicet, habitum illi dato, neque [*ille*] inquietator. Quas autem res in monaſterium intulit, dominus capit. SCHOLIVM. Conſt. 36. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque 37. Neque [*item*] conſt. 13. tit. 1. Nouellarum, quæ eſt Nouella Iuſtiniani 5. De ſeruis autē, qui clerici uel monachi fiunt, aut ad epiſcopalem dignitatem procedunt, lege 36. cap. tit. 1. præſentis operis, quæq; in ipſo [*comprehenduntur*], & Nouellam Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi 11. Etenim horum etiam in dicto 36. cap. mentionē fecimus. TEXTVS. Eadem conſt. dicit: Epiſcopus abbatem aut archimandritam cuiuſq; monaſterij neutiquam ſecundum monachorū gradum creato: ſed quem omnes monachi, aut qui bonæ exiſtimationis ſunt, elegerint, coram Euangelijs aientes, quòd non per amicitiam aut gratiam ipſum elegerint, ſed [*ideo quòd*] orthodoxum ipſum & honeſtum nouerint, & adminiſtratione dignum: [*quòd item*] monachorum diſciplinam atq; monaſterij ſtatum conſeruare poſsit. Eadem etiam in muliebribus monaſterijs atq; aſceterijs [*ſeruari debere dicit.*] Eadem quoque dicit eiuſdem tit. conſt. 13. addens, digni electionem à primo, & ſic deinceps per alios gradatim oportere fieri. Qui enim primi digni uidentur, præferuntur inferioribus: ut conſt. 46. tit. 3. lib. 1. [*traditur.*] Eiuſdem autem tit. conſt. 39. ſtatuit, ut epiſcopi pręſules, præſules autem monachos inſpiciant: &, ne duorum monaſteriorum [*unus*] idem [*q;*] præſul ſit. SCHOLIVM. Conſt. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 123. poſita [*q; eſt*] in lib. 4. Baſil. tit. 1. cap. 3. & habent quæ in hoc cap. [*continentur*], quemadmodum in textu compendioſè propoſita ſunt. Inſertum eſt autem à nobis hoc cap. [b] in Scholio cap. 32. tit. 9. præſentis operis: cuius illic explicationem quæras. Eadem 123. Nouella, per 2. cap. tit. 1. lib. 4. Baſil. ait, quæcunque in textu compendioſè propoſita ſunt. Circa finem autem dicit: Atque omnia hæc quæ de præſulum promotione à nobis diſpoſita ſunt, præcipimus item ualere in muliebrib. monaſterijs. Inſuper hoc etiam: religioſiſs. epiſcopo, ſub quo monaſterium conſtitutum eſt, omnibus modis pręſulem, qui eo modo electus eſt, promoturo. Conſt. 13. eiuſdem tit. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 5. Non eſt autem poſita in Baſil. neque conſt. 46. tit. 3. lib. 1. Cod. neque conſt. 39. eiuſdem lib. & tit.

a ἀιδὼς αὐτῷ λόγον.

b ἰσῳδὸν.

NE TEMERE MONACHVS MONASTERIVM EXEAT, *& negocia agat. &, Quòd monachi epiſcopo ſubſint.* Cap. IIII.

Concilij Chalcedonenſis canon 3. 4. 8. 23. Concilij ſexti canō 41. 42. 46. Concilij primi & ſecundi in æde ſanctorum Apoſtolorum [*habiti*] canon 2. 4. TEXTVS. Conſt. 29. tit. 3. lib. 1. Cod. ait: Soli apocriſiarij monaſterijs exire & ciuitates ingredi poſſunt. Qui ſi docendo aut conſulendo commouere ſimpliciores conſpiciantur, caſtigantur. Et conſt. 38. eiuſdem tit. Qui monaſteria ſua relinquunt, non recipiunt quas ad illa [*res*] mobiles adduxerunt, cuiuſcunq; quantitatis fuerint: quanquam nulla de illis actorum monumēta confecta ſint. In [*rerum*] autem immobilium donationibus ius ſeruari oportet: quoniam illi qui dedit, uindicatio non interit. Dicit uerò etiam conſt. 2. tit. 1. Nouellarum: Prouidentia epiſcopi neque monachi neque monaſtriæ in ciuitatibus circum erranto: ſed in monaſterijs manentes, per apocriſiarios reſpondento. Quum monachus in aliud monaſterium tranſmigrat, quas res habuit cùm ingrederetur, ad primum monaſterium pertinent. Legas quoque quæ in 1. cap. huius tit. & in cap. 32. tit. 9. præſentis operis perſcripta ſunt. SCHOLIVM. Conſt. 29. tit. 3. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. neque eiuſdem tit. conſt. 38. Conſt. 2. tit. 1.

Nouellarū, eſt Nouella Iuſtinianea 123. poſita [*q; eſt*] in lib. Baſil. 4. tit. 1. ac dicit 63. cap. eiuſdem Nouellæ, ſiue 11. cap. dicti tit. lib. 4. quæcunque per patriarcham compendioſè propoſita ſunt.

NE MONACHI MATRIMONIVM CONTRAHANT, *aut cum aliquibus [mulieribus] tanquam ſororibus* [a] *conuerſentur. &,* Ne *uirginitatem profeſſæ uiris cohabitent.*
Cap. V.

a συνῶσι.

COncilij Ancyrani canon 19. Concilij Chalcedonenſis canon 16. Concilij ſexti canon 40. 44. 48. Baſilij canon 19. Legas quæ annotata ſunt in cap. 14. tit. 8. & cap. 29. tit. 9. præſentis operis.

DE MONACHIS QVI FACTIONES AVT CONiurationes *faciunt.* Cap. VI.

COncilij Chalcedonenſis canon [b] 18. Concilij ſexti canon 34. Lege quæ annotata ſunt in cap. 37. tit. 9. huius operis.

b Male in Græcis 8.

NE MONACHI LAVENTVR CVM MVLIERI*bus.* Cap. VII.

COncilij Laodiceni canon 30. Concilij 6. canon 77.

DE CVSTODIA SACRATARVM VIRGINVM.
Cap. VIII.

COncilij Carthaginenſis canon 44. Concilij ſexti canon 46. 47. 48. Concilij Nicæni ſecundi canon 18. 20. 22.

DE VICIATIONE VIRGINVM.
Cap. IX.

COncilij ſexti canon 4. Baſilij canon 18. 20. 60. Lege annotationes 30. cap. tit. 9. præſentis operis.

DE AETATE EORVM QVI HABITVM SVMVNT. *&, Cuiuſmodi uirgo dicatur.* Cap. X.

COncilij Carthaginenſis canon 122. 126. Concilij ſexti canon 40. 41. 43. 45. Baſilij canon 18.

DE MONACHIS QVI CLERICI FIVNT, AVT [c] *prophanos honores conſequuntur, aut militant.*
Cap. XI.

c λαϊκὴν ἀξίαν μετίασιν.

COncilij Nicæni canon 12. Concilij Chalcedonenſis canon 7. Cyrilli ex epiſtola ad Libyæ & Pentapolis epiſcopos canon 2. Lege annotationes cap. 32. tit. 9. præſentis operis.

DE IIS QVI MONASTICO HABITV VTVNTVR, *ac damnant eos qui ueſtitu communi utuntur.*
Cap. XII.

COncilij Gangrenſis canon 12. TEXTVS. Dicitur lib. 1. tit. 4. conſtit. 4. Mimi, & quæ corpore publicè quæſtum faciunt, habitu ſacratarum uirginum ne utuntor. Et conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum ait: Nemo laicus, minimè uerò ſcenici & meretrices, habitu monaſtico utitor, [*eum*] ue imitator. Alioqui & corporali pœna feritur, & exterminatur. SCHOLIVM. Conſtit. 4. tit. 4. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſtit. 2. tit. 1. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtinianea 123. poſita [*q; eſt*] in lib. 4. Baſil. Eiuſdem uerò Nouellæ cap. 64. ſiue 13. cap. eiuſdem lib. & tit. dicit [d] ad longum, quæ in præſenti 12. cap. compendioſè propo-

d ἐν πλάτει.

propoſita ſunt: addens, eos qui in ſanctum habitum illudunt, per epiſcopos & magiſtratus puniri.

DE MVLIERE VIRILIA [INDVMENTA] GE-
ſtante. Cap. XIII.

COncilij Gangrenſis canon 13.

NE MVLIERES [a] RELIGIONIS ERGO DETON-
deantur. Cap. XIIII. a μὴ ἀποκείρ.

COncilij Gangrenſis canon 17.

DE EO QVI [b] PRAETEXTV RELIGIONIS LIBE-
ros aut parentes non alit. Cap. XV. b προφάσει ἀσκήσεως.

COncilij Gangrenſis canon 15.16.

CVIVSMODI CIVILIA NEGOCIA VEL PROCV-
rationes monachi obire poßint. Cap. XVI.

COncilij Chalcedonenſis canon 3. Lege annotationes cap. 3. tit. 9. præſentis operis.

TITVLVS DVODECIMVS.

De hæreticis, Iudæis, & [c] paganis.

c ἑλλήνων.

QVID SIT HAERESIS, QVID SCHISMA, QVID
[d] adulteratum conuenticulum. Cap. I.

d παρασυναγωγῆ.

BAſilij canon 1.

QVID SIT HAERETICVS.
Cap. II.

COncilij Conſtantinopolitani canon 6. TEXTVS. Conſt. 1. tit. 1. lib. Cod. ait: Qui ſanctam trinitatem in una deitate [e] pari poteſtate præditam non [f] credit: Chriſtianus non dicitur, ſed ueſanus, hæreticus, & infamis eſt, ac punitur. Et tit. 5. eiuſdem lib. conſt. 2. Hæreticus eſt, ac latis aduerſus hæreticos legibus ſuccumbit, qui [g] uel paululum ab orthodoxa declinat fide. Et conſt. 12. eiuſdem tit. Hæreticus eſt, qui non eſt orthodoxus. Conſt. 1. tit. 7. Nouellarum hæreticos dicit, [h] qui communicare non poſſunt. SCHOLIVM. Conſtit. 1. tit. lib. 1. Cod. eſt cap. 1. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod ſic habet, ut in textu compendioſè propoſitum eſt. Conſtit. 2. tit. 5. eiuſdem lib. 1. Cod. eſt thema 2. cap. 18. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod eadem complectitur. Conſt. 12. eiuſdem lib. & tit. Cod. non eſt poſita in Baſil. Conſt. 1. tit. 3. Nouellarum, poſita eſt in cap. 50. tit. 1. lib. 1. Baſil. [atq;] eſt Nouella Iuſtiniani 109. comprehendens (ut in Compendio dicam) nullam miliciam aut qualemcunq; publicam functionem hæreticos obire. Dicit autem hæreticos eſſe, quicunq; in ſancta Dei eccleſia per ſacerdotes participes non fiunt ſanctificationũ. Item: Hæreticis mulierib. non dantur priuilegia, quæ data ſunt orthodoxis: ut [uidelicet] uice [i] ſufficientis de dotalib. ſuis reb. nuptialibusq; lucris cautionis, tacitas contra maritorũ ſuorũ res habeant hypothecas, atq; in hypothecis etiã antiquiores uincãt creditores. TEXTVS. Porrò quę de hęreticis [dici debeant,] in tit. 5. lib. 1. Cod. [k] prolixè relata ſunt, ubi priuilegiũ habere, docere, clericos creare, et publicè uel in ędibus ſupplicationes facere ꝓhibent.

e ἰσοδύναμον. f δοξάζων. g μικρὸν γοῦν. h μὴ ὄντας κοινωνούς. i ἀντ ἱκανότ. k οἱ πάντα.

Alioqui officium præfecti [*pretorio*] centum libras [*auri*]: prouinciales uerò
[*officiales*] quinquaginta dant: ſi [*ipſorum permiſſu*] tale quippiam factum ſit. [*Ha-*
a συναχθέσεων. *betur ibidem*], quòd ipſorum [a] congregationis loca orthodoxa eccleſia capiat. I-
tem, quòd Manichæi & Donatiſtæ ultimo ſupplicio afficiantur, [*bona ipſorum*]
publicentur, teſtamentũ non faciant, nullo modo contrahant, liberos ſi ortho-
doxi non ſint hæredes non habeant, poſt mortem accuſentur, & ipſorum teſta
menta irrita ſint: quòd [*inſuper*] ab urbibus eijciantur: quòd ędes in quibus hæ-
retici conſenſu domini congregantur, eccleſijs applicentur. Item, quòd à curia-
lium aut cohortalium officijs non liberentur. Item, quòd non conſtruant mo-
naſteria, neque militent. Item, quomodo qui aduerſus ſacroſancta concilia ſcri
bunt, aut [*talia ſcripta*] habent uel legunt, puniantur. Item, quòd legitimè ſepe-
b οὐ γίνονται ἀ- liantur. Item, quòd [b] honores non conſequantur, neque patroni cauſarum, aut
ξιωματικοί. defenſores, aut ciuitatum patres, ſed uiles & abiecti fiant. Item, quomodo libe
ros orthodoxos alere ac hæredes ſcribere, ipſisq́ dotem & donationem pro-
pter nuptias dare compellantur. Item, quòd [*ex*] parentibus [*inter ſe*] conten-
dentibus is præualeat, qui liberos ad orthodoxam fidem adducere uult. Item,
quòd liberi orthodoxi, ſi quid in parentes hæreticos delinquant, puniantur.
Item, quòd hæretici non baptizent, neque per ſe uel inter poſitas [*perſonas*] re-
giones curent aut adminiſtrent, neque doceant, neque hæredes fiant, neque
intra ſacra ſepta negocientur. Item, quòd in iudicio aduerſus orthodoxum te-
ſtimonium non dicant, niſi ſi in curiam orthodoxus protrahatur: ut conſt. 2. tit.
8. Nouellarum, quæ in [*Nouellarum*] corpore 42. eſt, [*tradit.*] In ultimis autem uo
luntatib. & contractibus teſtes ſint. Lege quæ annotata ſunt in cap. 8. tit. 10. præ
ſentis operis. Cæterùm de Iudæis tit. 9. lib. 1. Cod. tractat, in quo dicitur, ſynago
gas ipſorum hoſpitij immunitatem habere, neque ipſos in ſabbatis aut feſtis
c σωματικῶς ſuis [c] corporaliter operari, neque in ius uocari, neq́ à Chriſtianis uexari. [*Item,*
λειτουργεῖν. *quòd Iudæi mulieres*] Chriſtianas in matrimonium non accipiant. Item, quòd ipſi
d τὰ ἴδια ἀγο [d] rerum ſuarum precia ſtatuant. Item, quòd in pecuniarijs [*cauſis*] duntaxat pri-
ρανομεῖν. uatos iudices eligere poſsint. Item, quòd primates ipſorum ſuo periculo [e] auri
e στεφανωτικὸν coronarij canonem largitionibus inferant. Item, quòd aduerſum Chriſtianos
κανόνα. nihil illos audere oporteat. SCHOLIVM. Tit. 5. lib. 1. Cod. poſitus eſt ab ini-
tio conſt. 2. in tit. 1. lib. 1. Baſil. cuius 18. cap. ait: Hæretici ne doceant, neque ordi-
nationes faciant. 19. Hæretici ſupplicationes ne faciant: & quæ ab ipſis loca de
tinentur, ab eccleſijs uindicentur. 20. Manichæi & Donatiſtæ orthodoxorum
priuilegia ne habeant, at uerò ſupremo afficiantur ſupplicio. 21. Hæretici de ci-
uitatibus pellantur: & quæ quocunque modo eccleſijs, quæ [*quidem*] ab illis au
dacter [*ita*] uocantur, relicta ſunt, à catholica eccleſia uindicentur. Quæ de cu-
rialium officijs diſſerit conſtit. 7. tit. 5. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Neque
conſt. 8. eiuſdem tit. & lib. quę ſtatuit, ne ab hęreticis monaſteria conſtruantur,
neque ad miliciam aſpiretur. [*Interim*] tamē cap. 21. tit. 1. lib. 1. Baſil. ait: Apollina
riſtæ, qui ſanctis quatuor concilijs non obediunt, & quicunque contra ſanctũ
Chalcedonenſe Conciliũ aut dicere quippiã uel docere, aut ſcripta retinere au
G. CC. dent: à præſenti conſtitutione dictis ſubijciuntur pœnis. Cap. 24. ait: Legitimis
hæretici tranduntor ſepulturis. Eiuſdem [*uerò*] cap. thema 2. dicit: Manichæus
in loco Romano degere deprehenſus, decollator. Et: Hæretici honores non
conſequuntur. & deinceps [*cætera*] quæ in textu compendioſè ſunt propoſita.
Cap. 25. hæc ſtatuit: Si parentes diuerſæ fidei atque religionis ſint, eius uolun-
tas [*atq; deſiderium in ſucceſsione*] præualeto, qui inter filios orthodoxam fidem ſu-
ſcipit: tametſi pater ſit qui contradicat. Neq́ uerò [*is filijs*] idcirco ſuccenſens,
neceſſaria ipſos alimonia alijs'ue neceſſarijs ſumptibus priuato: ſed neque ul-
lam aliam [*ſuæ*] in illos iræ cauſam prętexens, data dote propter'ue nuptias do
natione, orthodoxis ipſos perſonis in matrimonium coniungito. Vt autem li-
beri

beri orthodoxi ſi quid in parentes hæreticos peccent, puniantur: non eſt tranſumptum in Baſil. cuius [*profectò*] etiam rei cauſa illorum architecto gratiæ [*debentur*]. Cap. 18. tit. 1. lib. 1. Baſil. ait: Nulli omnino hæretici neque [a] interdicta cõuenticula, neque adulterata baptiſmata celebranto: nec ullo modo adorandam communionem attingere audento: nec in quibus locis officinas habent, eorũ priuilegijs utuntor: [*alioqui*] eorum qui legibus aduerſantur, pœnas metuunto: qui [*uerò illis*] ædes ſuas præbet, prædictis pœnis obnoxius eſt. Omnium minimè Montaniſtæ quenquam eorum qui ab ipſis aut patriarchæ, aut communicatores, aut epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi nuncupantur, Conſtantinopoli habento: atque intra fines eius propter ſubiectas cuique [*rei*] rationes negociari, laſciuos [b] cœtus impia'ue conuiuia celebrate, & mancipia mercari prohibẽtor. 29. cap. eiuſdem lib. & tit. inſertum eſt ad finem cap. 1. tit. 9. quod legas. Statuit [*autem*] ne hæretici contra orthodoxos teſtimonium dicant. Conſtit. 2. tit. 5. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 42. Hoc autem eius cap. non eſt poſitum in Baſil. Tit. 9. lib. 1. Cod. poſitus eſt in cap. 32. tit. 1. lib. 1. Baſil. Et quæ in Cõpendio à Patriarcha ſunt propoſita, ſunt eiuſdem tit. & lib. cap. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

a παρατωσ..., μήτε παρα βαπτίσματα.

b συσσίτια.

DE LIBRIS HAERETICORVM.

Caput III.

APoſtolorum canon 7. 60. Concilij ſexti canon 68. Concilij Nicæni ſecundi canon 9. TEXTVS. Conſtit. 3. tit. 1. lib. 1. Cod. ait: Porphyrij aliorumq́ hæreticorum aduerſus Chriſtianos libri comburuntor. [*Sic*] Neſtorij etiam, & quicunque Nicæno Epheſinoq́ Concilijs, & Cyrillo [*epiſcopo*] Alexandrino, quorum fidem excedere non licet, non conſonant. Qui uerò dictos libros habent & legunt, ultimo ſupplicio afficiuntur. Tit. 4. conſtit. 10. Qui mathematici coram epiſcopis libros ſuos non concremant, neque ad orthodoxam fidem accedunt: omnibus pelluntur ciuitatibus, ac [*poſtmodum*] in ciuitatibus inuenti deportantur. Tit. 5. conſt. 6. Quæ Neſtorius aduerſus Concilium Epheſinum ſcripſit, nemini habere, aut legere, aut deſcribere licet: ſed comburi [*debent.*] Quum autem de fide diſputatur, non eſt illorum mentio facienda: neque [*item*] ullo priuato ſunt ſuſcipienda loco. Qui legem tranſgreditur, [*eius ſubſtantia*] publicatur. Porrò Neſtoriani non Chriſtiani uocantur, ſed [c] Neſtoriani, quemadmodum Ariani, Porphyriani. Conſt. 8. Nulli licet contra Chalcedonenſem ſynodum ſcribere, legere, dictare, aut libros habere: alioqui in perpetuum deportatur. Qui [*aliquem illorum*] diſcendi cauſſa adit, fiſco decem libras [*auri*] dat. Qui uerò uetita docet, ſupremo afficitur ſupplicio. Ad hæc omnes Eutychetis atque Apollinaris libri concremantor. Quod ſi [*prouinciarum*] moderatores, eorumq́ apparitores, & [*ciuitatum*] defenſores non obſeruauerint: in denas libras [*auri*] fiſco multantur. Conſtit. 16. Qui Manichæorum libros habet, neque in propatulum profert ut concrementur, punitur. Et conſtit. 5. tit. 1. Nouellarum, eos qui Seueri ſcripta habent, nec comburũt, manibus mutilari iubet. Dicit uerò etiam lib. 10. tit. 2. digeſt. 4. Inter hæredes non diuiduntur reperti in hæreditate magici libri, ſed arbitrio iudicis corrumpuntur. Conſtit. 5. tit. 3. Nouellarum permittit Iudæis, ut in ſynagogis ſuis Græcè alijs'que linguis pro locorum [*ratione*] ſcripturas legant: [*idq́*] ſecundum Septuaginta & Aquilæ interpretationem. Qui uerò hanc lectionem prohibet, publicatis [*bonis*] exterminatur. SCHOLIVM. Conſtit. 3. tit. 1. lib. 1. Cod. eſt cap. 3. tituli 1. lib. 1. Baſil. ac docet quæcunq́ in textu compendioſè ſunt propoſita. Conſtit. 10. tit. 4. lib. 1. Cod. eſt cap. 17. tit. 1. lib. 1. Baſil. & habet quemadmodum ſcriptum eſt. Conſt. 6. tit. 5. lib. 1. Cod. eſt cap. 22. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod ad eundem modum habet, Conſtit. 8. eſt cap. 23. eiuſdem libri & tituli Baſil. inſertum'que eſt cap. 2.

c In Græcis μανιχαῖοι.

hoc

hoc igitur legas, quæq; ultra illud ſcripta ſunt tranſcurras, ut quæ nihil operentur: ſed eo quòd in Baſil. non ſint poſita, uacent. Conſt. 16. eſt thema ult. cap. 27. eiuſdem lib. & tit. quod ait: Ad hæc omnes Manichæorum libri concremantor. Nullus illos ulla omnino cauſa prætexta habeto. [*Alioqui*] & ipſe competentem pœnam metuito. Conſtit. 5. tit. 1. Nouellarum, non eſt poſita in Baſil. Tit. 2. lib. 10. Dig. ſitus eſt in tit. 3. lib. 42. Baſil. Sed quod illius tit. digeſt. 4. ante Repurgationem poſitum fuit, ait, quod magici libri non diuidantur, quemadmodum compendioſè propoſitum fuit: thema [*uerò*] 2. cap. 24. tit. 3. lib. 42. inſertum eſt cap. 25. tit. 9. præſentis Operis, quod etiam legas. Conſt. 5. tit. 3. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani 146. poſita [*q; eſt*] in cap. 55. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod itidem legas.

DE TOLLENDIS SIMVLACHRIS. *Cap.* IIII.

CONcilij Carthaginenſis canõ 58. 84. Conſt. 1. tit. 11. lib. 1. Cod. iubet, ut templa claudantur: quæ non eſt poſita in Baſil.

DE NESTORIO, MVSAEO, EVTYCHIANO, PORphyrio, *Maximo, Celeſtio, & hæreticis qui ab ipſis [in eccleſijs] conſtituti ſunt, atque orthodoxis qui eiecti ſunt.* *Cap.* V.

COncilij Conſtantinopolitani canon 4. Concilij Epheſini canon 1. 2. 3. 4. 5. Concilij Sardicenſis canon 20.

OBLATIONEM NON ESSE FACIENDAM PRAEſente *hæretico.* *Cap.* VI.

TImothei canon 9.

DE CLERICIS HAERETICIS, QVI ORTHODOxæ *Eccleſiæ accedunt.* *Cap.* VII.

COncilij Carthaginenſis canon 57. 68. Baſilij canon 1. Theophili ex Commonitorio canon 1.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS QVI COMMVNIcant *uel preces coniungunt cum hæreticis, aut ipſis [ſacris] operari concedunt, aut ipſorum baptiſmum uel ſacrificium ſuſcipiunt.* *Cap.* VIII.

APoſtolorum canon 10. 45. 46. Concilij Antiocheni canon 2. Concilij Laodiceni canon 36. Lege quæ annotata ſunt in cap. 15. tit. 3. præſentis operis.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS QVI AB HAERE*ticis uel Iudæis benedictionem accipiunt: aut in eccleſijs uel monaſterijs hæreticorum ethnicorumúe orant: aut cum Iudæis ſabbata eorumúe feſta obſeruant: aut ſynagogis templiſúe gentium offerunt.* & , De Angelitis. *Cap.* IX.

APoſtolorum canon 65. 70. Concilij Laodiceni canon 9. 29. 32. 37. 38. 39. 42. Concilij ſexti canon 11. TEXTVS. Conſt. 1. tit. 9. lib. 1. Cod. ait: Quod uniuerſitati Iudæorum legatur, non petitur. Dicit uerò etiam lib. 34. tit. 5. digeſt. [a] 8. Quod licito corpori aut collegio legatur, ualet. Contrarium autem eſt in illicito: preterquam ſi in illo ſingulis legetur. tunc enim ualet. Multas autem iſtiuſmodi [*iuris*] [b] poſitiones tit. 48. lib. 6. Cod. habet. Conſt. porrò 9. tit. 11. lib. 1. ait:

a *In lib. noſt. 21*

b *θέματα.*

Si quid

Si quid [*quibuſpiam*] locis aut perſonis ad conſtituendum paganorum errorem donatum aut relictum fuerit: ciuitas in qua perſonæ habitant, uel ſub qua loca ſita ſunt, illud percipit, & ad ſimilitudinem ciuilium prouentuum inſumitur. SCHOLIVM. Conſt. 1. tit 9. lib. 1. Cod. non eſt poſita in Baſil. Digeſt. 8. tit. 5. lib. 34. Digeſt. eſt cap. 20. tit. 18. lib. 44. quod dicit quæcunq; in textu compendioſè ſunt propoſita. Tit. 48. lib. 6. Cod. poſitus eſt in cap. 34. eiuſdem 18. tituli, lib. 44. quod quæras, atque [*inſuper*] ſequentia cap. Conſt. 9. tit. 11. lib. 1. Cod. eſt cap. 14. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod eadem iubet.

DE EPISCOPO QVI SCIENS, HAERETICVM [a] AD *communionem idoneum* [*eſſe*] *dicit.* Cap. X. — a κοινωνικὸν.

COncilij Carthaginenſis canon 124.

NON EVNDVM ESSE AD HAERETICORVM FAL*ſos martyres.* Cap. XI.

COncilij Laodiceni canon 34.

NE HAERETICI ECCLESIAM INGREDIAN*tur.* Cap. XII.

COncilij Laodiceni canon 6.

DE MATRIMONIO HAERETICORVM CVM OR*thodoxis.* Cap. XIII.

COncilij Laodiceni canon 10. 31. Concilij Chalcedonenſis canon 14. Concilij Carthaginenſis canon 21. 24. Concilij ſexti canon 72. TEXTVS. Ciuilis lex tametſi quum exactiſsimè nuptias definit, dicat, lib. 23. tit. 2. digeſt. 1. Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, conſortium omnis uitę, diuini & humani iuris communicatio: ſecundum quam definitionem eos qui matrimonio cõiunguntur, eiuſdem eſſe religionis oportet: agnoſcit tamen atque admittit inter orthodoxum atque hæreticum, matrimonium. Dicit namque lib. 1. Cod. tit. 5. conſt. 12. quòd quum parentes litigant, potior ſit qui liberos ad orthodoxam fidem adducere uult. Et conſt. 18. eiuſdem tit. Quòd ſi alter coniugum orthodoxus ſit, & alter hæreticus: liberos illorum orthodoxos fieri oporteat. Et lib. 5. tit. 1. conſt. 5. Si ſponſa propter religionis diuerſitatem cõiugium recuſet, ſi quidem [*eam*] rem illa præſciuit, parentes eius tenentur: ſin ignorauit, aut poſtquã arras cepit, [*ea*] res incidit, ſimplum redditur. [Quòd] ipſum & in ſponſo [*obtinet.*] Conſt. autem 6. tit. 9. lib. 1. Cod. ait: Qui Chriſtianus Iudeam [*in matrimonium*] accipit, aut qui Iudæus Chriſtianam: adulterij accuſatur. Quæras uerò hac de [*re*] ſanè quàm pulchrum ex canonibus Baſilij Magni ad Amphilochium, canonem 9. circa finem. SCHOLIVM. Tit. 2. lib. 23. Dig. poſitus eſt in tit. 4. lib. 28. Baſil. atque digeſt. 1. dicit de nuptijs ad eundem modum. Conſt. 12. tit. 5. lib. 1. Cod. ſiue cap. 25. tit. 1. lib. 1. Baſil. inſertum eſt medio Scholio cap. 2. pręſentis tit. Legas [*uerò*] etiam 72. canonem Concilij ſexti in Trullo [*habiti:*] ex quo diſcas, fidelem cum muliere infideli matrimonij lege non coniungi: tametſi nonnulli ex fine eiuſdem canonis, de infidelibus qui poſt [*initum*] matrimonium crediderunt, docente, in errorem delapſi, diuerſum quiddam audacter dixerũt. Verum enimuero quum Hiſpanos [*eſſe*] orthodoxos, noſtraq; omnia amplecti ſciam, atque illos filias ſuas [b] Sarracenis nuptum elocare uideam: miror & addubito, quamobrem ab ipſis antiſtitibus qui diuinorum canonũ oracula [*&*] ſciunt & legunt, iſtud non prohibeatur. Quocirca hoc etiam opto, ut [c] conſilio & authoritate optimi atque ſancti Imperatoris noſtri corrigatur. Conſt. 18. tit. 5. lib. 1. Cod. nõ eſt in Baſil. Conſt. uerò 5. tit. 1. lib. 5. Cod. eſt cap. 2. tit. 2. lib. 28. Ba-

b ἀγαμεῖσιν.

c δι' ὑφῆς καὶ αὐτοκράτορος.

n ſil.

ſil. Animaduertas autem, illud. Propter religionis diuerſitatem: non eſſe additum in Baſil. Dicit enim 2. iſtud cap. hæc: Si mulier quæ ſui iuris perfectæq; ætatis eſt, ubi arras acceperit, coniugium recuſet: in duplum arras reddito. Si uerò quum minor ſit, ueniam ætatis petierit, atq; arras ceperit: rurſum duplum reddito. Sin minor ſit, nec ætatis ueniam petijt: ipſa quod cepit, ſimplum reſtituito. Quod ſi puellæ pater, aut etiã mater arras pro illa ceperit, uel auus pro nepte: [*ſi quidem*] perfectæ ætatis fuerint, ipſi quoq; in duplũ tenentor: ſi modò quum matrimonium procedere poſsit, [*illud*] recuſent. At ſi matrimonium conſiſtere nequeat, ipſæ arræ ſimplæ redduntor. Verùm ſi quum matrimonium cõſiſtere queat, ob iuſtam [*id*] cauſſam recuſetur, ſi quidem [*eam*] cauſſam ante ſponſalia ſciuerint, ſibi imputanto, quòd iſtiuſmodi ſponſum delegerint: ſin ignorauerint, aut poſt ſponſalia [*huiuſmodi*] cauſſa ſępe inciderit, tunc ſimplum redditor. Eadem etiam de ſponſo, ſi ſponſalia recuſauerit, dicimus. Planè uti arræ, quando ſponſa connubium recuſat, quadruplentur, nunc non obtinet: extraquã ſi ſpecialiter hoc ipſum pacto conuenerit. Porrò nulla extra huius conſtitutionis definitionem cautio facta, ſubſiſtere quito. Conſt. 6. tit. 9. lib. 1. Cod. eſt cap. 33. tit. 1. lib. 1. Baſil. quod eadem dicit.

a ὀρθοδοξίαν.

DE HAERETICIS AD a RECTAM FIDEM CONuerſis. *&, An hi in clerum allegi poſsint. &, Qui'nam illorum baptizentur, qui'nam uerò duntaxat unguntur. &, Quòd benignè cum hæreticis agi oporteat, ut conuertantur.* Cap. XIIII.

Concilij Nicęni canon 8. 19. Concilij Laodiceni canon 68. Concilij Conſtantinopolitani canon 7. Concilij Carthaginenſis canon 44. 57. 66. Cõcilij ſexti canõ 95. Baſilij canon 1. 47. Theophili ex epiſtola ad Aphyngium epiſcopum. Concilium Cypriani [*temporibus habitum*] ſtatuit, ut quicunque hæreticus ad rectam fidem deuenit, baptizetur: hęreticorum [*lotionem*] non eſſe baptiſmum dicens.

NE EPISCOPI AVT CLERICI HAERETICIS [QVIPpiam] *donent, aut in teſtamentis dent: tametſi ipſorum cognati ſint.* Cap. XV.

Concilij Carthaginenſis canon 22. 81. Lege quæ annotata ſunt in cap. 8. tit. 10. pręſentis Operis.

DE HAERETICIS POENITENTIAM AGENTIbus. Cap. XVI.

BAſilij canon 5. Lege quæ in pręſentis operis cap. 39. tit. 9. annotata ſunt.

QVOMODO EPISCOPI QVAE IPSIS COMPETVNT. *ſed ab hæreticis detinentur, loca uindicent.* Cap. XVII.

Concilij Carthaginenſis canon 121. Lege quæ annotata ſunt in 10. cap. tituli 8. præſentis Operis.

DE IIS QVI REPROBARE CONANTVR, QVAE *Epheſi acta ſunt.* Cap. XVIII.

Concilij Epheſini canon 6. Lege quæ in cap. 3. præſentis tituli ſunt annotata.

TITV-

TITVLVS XIII.

De laicis.

VT QVI LAICVS TRIBVS DOMINICIS DIEbus in ciuitate degens, in eccleſiam non conuenerit, à ſancta communione remoueatur.

Cap. I.

Concilij Sardicenſis canon 11. Concilij ſexti canon 80.

DE LAICIS ITERVM SAEPIVS'VE MATRIMOnium contrahentibus, & uetitis nuptijs, ac commiſtione.

Cap. II.

APoſtolorum canon 19.48. Concilij Ancyrani canon 16.17. Concilij Neocæſarienſis canon 2.3.4.7. Concilij Laodiceni canon 1.10.31. Concilij Chalcedonenſis canon 16. Concilij ſexti canon 53.54.72.98. Baſilij canō 4.18.23.24.41.50.53.67.66.75.76.78.79.80. eiuſdem ex epiſtola ad Diodorū. Theophili ex epiſtola ad Agathonem epiſcopum. TEXTVS. Ciuilis lex [a] iterum ſæpius'ue repetitas non punit nuptias. [*Interim*] tamen parentibus, qui ſuperſtitibus ex priore coniuge liberis nuptias iterant, lucrorum amiſsionem inducit. De quibus [b] latè tractat tit. 9. lib. 5. Cod. & Nouella de nuptijs. Ad hæc uerò mulier propter commiſtionem ſanguinis, annum lugubrem expectare cogitur: quod in uiris locum non habet. Quæ itaque poſt mortem uiri ante completum annum nubit, infamis redditur: neque amplius triente ſubſtantiæ ſuæ ſecundo marito donare, aut in teſtamento relinquere poteſt. Quin ipſa etiam ex hęreditate, aut legato, aut mortis cauſa donatione nil conſequitur: ſed hęc eius qui reliquit hęredes capiunt. Et ſi quid ipſi prior maritus reliquerit, capiunt [*illud*] gradatim decem perſonę, hoc eſt aſcendentes & deſcendentes, & ex tranſuerſo uſque ad ſecundum gradum. Ab inteſtato uerò cognatis ipſius ad tertium duntaxat uſque gradum [c] ſuccedit. [*Denique*] etiam omni dignitate, quæque à priore marito [*uel*] occaſione [d] ſponſalium munerum, uel [*ipſius*] morientis uoluntate ad illā peruenerint, priuatur. Quòd ſi nullus dictarum decem perſonarum inueniatur, locus [*fit*] fiſco. Neque [*uerò*] donatione propter nuptias fruitur. Atque ſi hæres etiam ſcripta fuerit, ſi quidem ex parte, eius portio apud cohæredes manet: ſin ex aſſe, ad [*ſucceſſores*] ab inteſtato hæreditas abit. Cęterùm infamia aboletur, ſi ipſa Imperatori preces offerat, illeque iſtud largiatur. At ſi ipſi liberi ex priore matrimonio ſuperſint, non aliter ea benignitate potietur, nec alijs pœnis aut infamia liberabitur, quàm ſi ſemiſſem ſubſtantiæ ſuæ, quam quum nuptias iteraret habuit, [*&*] uſusfructus & dominij [*iure*] illis donet: quemadmodum lib. 5. Cod. tit. 9. conſt. 1. & 2. & Nouella de nuptijs [*traditur.*] Interdū tamen citra periculum & damnum intra annum lugubrem nubit: ex Principis uidelicet iuſſu, & quando in lugubri anno peperit: ut lib. 3. Dig. tit. 2. digeſt. 10. 11. [*docetur.*] De illicitis porrò & interdictis nuptijs tractant tit. 5.6.7. lib. 5. Cod. & lib. 23. tit. 2. digeſt. 38.51.55.67. SCHOLIVM. Tit. 9. lib. 5. Cod. nō eſt poſitus in Baſil. Nouella de nuptijs, eſt Nouella Imperatoris Iuſtiniani 22. poſita [*quæ eſt*] in lib. Baſil. 28. tit. 14. cap. 1. [*ac*] iubet quæcunque compendioſè ſunt propoſita. Legas autem totum illum 14. tit. [*ut qui &*] maximè neceſſarius ſit, & de uiris mulieribusque nuptias iterantibus multa ſummæ utilitatis doceat. Digeſt. 10. & 11. tit. 2. lib. 3. Dig. eſt lib. Baſil. 21. tit. 2. cap. 10. quod ita dicit: Ex Principis iuſſu mulier intra luctus tempus nuptias iterare poteſt. & cap. 11. thema 2. quod circa fi-

a δευτερογαμίαν ἢ πολυγαμίαν.

b οὐ πλάτει.

c Pro ἀναγενο-μένοις, lego ἀλλογενομένοις.

d ἀῤῥαβών.

nem ſic habet: Quæ uerò in lugubri [anno] peperit, ſtatim nubere poteſt. Tit. 5. lib. 5. Cod. eſt lib. Baſil. 28. tit. 5. cap 23. quod ſic habet: Neminem, qui ſub ditione ſit Romani nominis duas uxores habere poſſe, patet: quum & in edicto prætoris huiuſmodi homines infamia notati ſunt. quam rem competens iudex inultam eſſe non patietur. Tit. 6. eiuſdem lib. 5. Cod. eſt lib. Baſil. 28. tit. 4. cap. 41. & eiuſdem tit. cap. 44. quod eſt conſt.[a] 6. hæc ait: Si cui puellæ à tutore uel curatore tutelæ uel curæ ratio reddita ſit, eaq; uigeſimumquintum annum exceſſerit, atque [inſuper] conſtitutus [annus utilis] decurrerit: poteſt ipſam tutoris uel curatoris filius [uxorem] ducere. Sanè ſi pater puellæ quum decederet, ut illa [in matrimonium] tutoris uel curatoris filio iungeretur, poſtulauit: ualet ſic quoque matrimonium. Tit. 7. lib. 5. Cod. ſitus eſt in lib. Baſil. 28. tit. 5. cap. 27. quod caput hæc dicit: Si quis qualemcunque gerens magiſtratum, puellam inuitam, aut inuitis parentibus qualemcunque uxorem ducere conatus fuerit: pro iſto conamine decem librarum auri multam pendito. Quando uerò magiſtratu abierit: ne magiſtratus priuilegijs [uti] tentato. Quod ſi faciat, illa ciuitate in qua priuilegijs uti uoluit, ad biennium eijcitor. Licet autem puellæ, eiuſque patri, quòd magiſtratus matrimonium perficere uoluerit, de hoc conteſtari. Atque [ea] conteſtatione facta, tum in criminalibus tum in pecuniarijs [negocijs] extra ipſius iuriſdictionem erunt. Et ſi quidem [qui hoc tentat] præſes prouinciæ aut magiſtratus militaris ſit, uicarij: ſin uterque, [& magiſtratus ordinarius & uicarius], præfecti prætorio [iuriſdictioni] ſubſunto. Digeſt. 38. 51. 55. & 67. tituli 2. libri 23. Digeſt. ſunt diuerſa capita 4. & 5. tituli, libri Baſil. 28. Poſitus eſt enim tit. 2. lib. 23. Digeſt. in cap. 19. tit. 4. lib. 28. Baſil. atque cap. 22. quod eſt digeſt. 38. dicit: Qui in prouincia officium adminiſtrat: inde oriundam, uel ibi domicilium habentem uxorem ducere non poteſt, non tamen ſponſare prohibetur. At ſi mulier poſt officij depoſitionem nuptias contrahere nolit, arras tantummodo reddit. Verùm antea deſponſam, [in matrimonium] aſſumere poteſt: neque dos caduca fit, ſed rata [manet.] Cap. 25. hæc: Quæ in illicitis nuptijs data ſunt, dos eſſe non uidentur. atque idcirco quæcunque ex ijs quæ ratione dotis data ſunt, maritus ceperit: tametſi præcipuè fructus ceperit, ab illo auferuntur. Eiuſdem 25. cap. thema 3. hæc: Si tutor aut curator, dum curam gerit, adoptauerit maritum quondam pupillæ, aut cuius curator eſt, uel [etiam] mariti patrem: adoptio irrita eſt, non autem perimuntur nuptiæ: quemadmodum fit, quando quis generum ſuum adoptauerit. Et cap. 42. quod eſt conſtit. 2. tituli 6. lib. 5. Cod. hæc: Emancipatum quidam filium habens, poſtquam ipſi uxorem duxerat, matrimonio iam inito, atque ſuſceptis liberis, deſignatus eſt nurui ſuæ curator. Ergo huius filius, nurus maritus, ne idcirco matrimonium perimatur metuens, ſupplicauit Imperatori. Is reſcripſit, matrimonium quidem ratum eſſe, ſed patrem à cura deſiſtere [debere]: ac ſubſtituto alio, ab illo rationes repetere. Enimuerò quoniam de illegitimis nefarijsque nuptijs multa [um] cap. in fine præſentis 2. cap. poſuimus, quorum alia legitimè conſtitutum matrimonium ex poſtmodum ſuperueniente malo non diſſolui aiunt, alia uerò illud diſſoluunt: quæro, de quo ſæpe[b] in Concilijs quæſtio mota eſt, ſi quis poſtquam rectè matrimonium contraxerit, cum ſocru ſua [alia] ue, qua uxorem ſuam contingente perſona[c] ſe inceſtet, ſoluetur [ne] matrimonium, an non? Nequaquam, ſed inceſti punientur. Dicit namque lex in lib. 2. tit. 3. cap. 85. themate 2. Quæ ab initio rata [fuerunt,] ex poſt facto non infirmantur. Verùm ſi quum[d] nondum ſolenne ſacrificium celebratum fuerit, ſed ſponſalia duntaxat interuenerint, [futurus] maritus cum ſocru alia ue ſponſam ſuam ſanguine contingente perſona[e] ſe polluerit, mortificabitur matrimonium: [idq;] propter regulam quæ dicit, Si res [quæpiam] in [eum] ſtatum deueniat, quo in [ſtatu] initiò conſiſtere nequiſſet, irrita eſt: [tum ideo] etiam, quòd inceſtus ſcienter non permittatur.

a Non 56. ut male in Græcis

b συνοδικῶς.

c συμφθαρῇ.

d ἀνιερολογητοι μήδε τελεία ἱερολογία.

e συμφθαρῇ.

tur. Atque hæc quidem eorum quæ à Patriarcha compendioſè propoſita ſunt, interpretandorum cauſſa ſcripta ſint. Scias uerò, quòd hoc præſens ſecundum caput multa expoſitione indigeat. Multæ ſiquidem & diuerſæ leges de prohibitis nuptijs latæ ſunt. Cæterùm quoniam tractatum de nuptias iterantibus iam explanauimus: diſcas etiam quæ ſæpius matrimonium contrahentes, uetitas'que nuptias concernunt. A' ueteri [itaque] lege ternæ agnoſcebantur nuptiæ. Poſteaquam aũt temporibus Imperatoris Dn. Leonis Sapientis in eccleſia inter principes ſacerdotum ſchiſma factum eſſet (maior enim pars tertias nuptias non concedebat) eáque diuiſio uſque ad [tempora] filij eius Imperatoris Dn. Conſtantini Porphyrogennetæ duraſſet: euulgata tunc [a] decíſio eſt, quæ reconciliationis dicitur, quæ tractat, quando tertiæ nuptiæ permittantur, & quando non. quam deciſionem interpretationi 4. canonis ſancti Baſilij inſertam lege. Supra tertias autem nuptias haud unquam alias fieri dixeris. Nam tertiæ etiam nuptiæ à ueteribus legibus [b] πολυγαμία dicebantur. Porrò de uetitis nuptijs lege 1. & 2. cap. tituli 5. libri 28. Diuidunt enim cognationem trifariam, in aſcendentes, deſcendentes, & qui [contingunt] ex tranſuerſo. Ex quibus aſcendenres quidem ſint, parentes, aui, & deinceps: deſcendentes uerò, filij, nepotes, pronepotes, & deinceps: ex tranſuerſo autem fratres, fratris ſororis'ue filij, patrui uel auunculi, [c] patrueles, & deinceps. [Ac] deinde alteram etiam abuſiuè cognationem dicunt, quæ ex affinitate ſiue [d] συμπενθερίας eſt. Vbi autem hac de [re] ſermonem habuerunt, atque cuiuſque cognationis gradus docuerunt: aſcendentium atque deſcendentium nuptias, etiamſi ex legitimis nuptijs [nati] non ſint, in infinitum prohiberi aſſerunt: ex tranſuerſo autem cognatorum coniunctionem ab octauo gradu liberam faciunt, ac ſimiliter affinium nuptias [e] uſque ad ſextum gradum connumerandum impediunt. Verùm poſtquam temporibus ſanctiſs. illius patriarchæ Dn. Alexij, de ſeptimo gradu conſanguineorum dubitatio incidit (negabant enim quidam poſſe [f] quempiam patrui magni nepotis filiam ducere uxorem, propterea quòd à legibus conſanguineorum nuptiæ ab initio octaui gradus permittantur: alij uerò opponebant, cognationis ſextum gradum prohiberi duntaxat, ac [proinde] ſeptimum gradum impedimento uacare debere, utpote qui prohibitus non ſit) ſtatuit dictus ſanctiſs. patriarcha cum ſynodo tunc coacta hæc ad uerbum: Quandoquidem igitur Baſilius Theoctiſten ſeptimo gradu contingit, & lex octauo gradu ſe inuicem contingentibus matrimonium permittit, ac uerò ſexto contingentibus interdicit, ſeptimo autem nequaquam: [g] ordinatum eſt, ut iſtiuſmodi matrimonium priuſquam procedat, non permittatur: poſtquam autem proceſſerit, non diuellatur: ſed qui ita coniuncti fuerint, pœnis ſubijciantur. Obtinuit itaque ſynodicum hoc oraculum uſque ad tempora ſanctiſs. illius patriarchæ Dn. Lucæ. Tunc autem, ſiue menſe Aprili, indictione 14. anno [ab orbe condito] 6676. ubi [h] quondam ſacratiſs. metropolitanus Athenienſis & uenerabilis Dn. Nicolaus Hagiotheodoritus, magnam inde animarum iacturam aliquibus, qui in [i] iuriſdictione ſua pœnarum metu clàm in ſeptimo gradu matrimonium contraxiſſent, obuenire [k] in Concilio retuliſſent: factum eſt ſynodicum ſtatutum, quod hæc complectitur: Propter hæc igitur [l] moderatio noſtra cum ſanctorum [m] fratrum cœtu, factam à ſanctiſs. illo patriarcha Dn. Alexio de conſanguineorum in ſeptimo gradu matrimonio, à ciuili lege neque expreſſè prohibito, neque euidenter permiſſo, ſynodicam [n] ordinationem corroborans & confirmans, ac ueluti interpretans & explanans, ſimul uerò quod multis noxium eſt & ſuperuacaneum reſecans, quaſi'que ab ipſa radice reuellens: ut ne amplius illegitima ſuppullulent germina, neque uituperabiles multiplicentur liberi, neque filiorum à diuinis legibus alienorum

a τόμος.
b Id eſt, nuptiarum multitudo
c πρῶτοι ἐξάδελφοι.
d Id eſt, cõiunctione ſocerorum.
e μέχρι τοῦ ἕκτου βαθμοῦ καὶ αὐτοῦ, quæ phraſis familiaris eſt Iuſtiniano in Nouella 147.
f τὴν δευτέρου ἐξαδέλφου τὴν θυγατέρα τοῦ αὐτεξαδέλφου αὐτοῦ.
g ἀνακόπτεται.
h ἀποιχομένου.
i ἐνορίᾳ.
k συνοδικῶς.
l μετριότης.
m ἀδελφότητος.
n οἰκονομίαν.

inaugeſcat [*numerus* :] iſtius gradus matrimonium non modò quum eius [*contrahendi*] facultas petitur, prohibet: uerumetiam ante petitionem contractum diſtrahi iubet: ut ab hodierno die huiuſmodi matrimonium prorſus ceſſet, cenſens: tamen ut iam contracta iſtiuſmodi matrimonia modis omnibus indiuulſa manere debeant. Qui itaque huiuſcemodi matrimonium decætero contrahere audebunt, non ſolùm propoſito ſibi [*fine*] omnino non fruetur: uerùm poſt eius contractus diſtractionem, tanquam præſentis ſynodalis ſtatuti contemptores, quiꝗ cognatum ſanguinem confundunt, excommunicationi etiā ſubijcientur. Qui uerò ita [*matrimonium*] contrahentibus aſſenſum præbuerint, auſteritate canonica tentabuntur. Et qui [*tale matrimonium*] conſecrare auſi fuerint, deiectioni [*de ſacerdotio*] ſubijcientur. Edita eſt etiam præterea menſe Maio eiuſdem indictionis potentis atque ſancti noſtri Imperatoris iuſsio, quæ partim hæc ſtatuit: Quocirca etiam Imperatoria noſtra Maieſtas, eandem de ſolutione propoſitæ quæſtionis ſententiam cum ſanctiſs. domino meo œcumenico patriarcha & ſancta diuinaꝗ ſynodo ſuſtinens, ſynodale hoc ad eandem quæſtionem reſponſum, aut ut quod res eſt dicam, [a] ſtatutum, uti quod ſecundum diuinos canones ciuileſcꝗ leges editum ſit, in poſterum obtinere [*oportere*] iudicauit, & ut nullo unquam tempore ſubuertatur ſtatuit. Atque hoc quidem modo hæc acta ſunt atque obtinent. Scias tamen, quòd licet ſynodalis hęc deciſio, & ipſam confirmans Imperatoria iuſsio, conſanguineorum in ſeptimo gradu matrimonium minanter prohibeat: indictione tamen 4 anno [*ab orbe condito*] 6694. cùm Dn. Baſilius Camaterus patriarcha eſſet, ab Imperatore noſtro ſancto Dn. Iſaacio Angelo iuſsio facta ſit, quæ ſtatuit, ne ex dictis actis matrimonio poſt illa inter longe feliciſsimos Cæſares, Dn. Iohannē Cantacuzenum uidelicet, atque [b] germanam Imperatoris ſororem Dn. Irenen contracto, quāquam in ſeptimum conſanguinitatis gradum referatur, præiudicetur: ſed quantum ad illos, & [*quidem*] ſolos, quæ à ſynodo atqꝫ Imperatore Dn. Manuele de iſtiuſmodi nuptijs determinata ſunt, inefficacia ſint. Quod etiam à ſynodo approbatum eſt. Atque de ſeptimi quidem gradus nuptijs controuerſia hunc in modum conciliatur. Cæterùm quoniam matrimonio affinium in ſexto gradu coniunctorum (ut diximus) prohibito, temporibus ſanctiſs. illius patriarchæ Dn. Siſinnij duo [c] patrueles (uti uidetur) duas ſorores uxores ducebant: propoſita à patriarcha deciſio eſt, quæ circa finem hæc complectitur: Moderatio noſtra decreuit, ne iſtiuſmodi matrimonia inter Chriſtianos de reliquo amplius locum habeant, neque ullo unquam tempore contrahantur. Ac [d] ſuadet [*ipſe illam*] in uniuerſum omnibus, & poteſtate ſacroſancti ſpiritus in patris dominicꝗ morem ſtatuit, ne decæterò quiſquam omnium, quanquam ex poteſtatibus aliquis ſit, quāquam facultatib. ac diuitijs ſuperbiat, quanquā ex multis [*unus*] & ex plebe ſit, ad iſtiuſmodi matrimoniū deueniat. Quòd ſi quis deinceps [*inquit*] hoc ſtatutum flocciſaciens, in tale matrimonium ſe pręcipitet, liberos'ue collocet: hic omnibus diebus uitæ ſuæ ab eccleſia [e] pelletur: neque prius ad pœnitētiam recipietur, quàm diſtraxerit matrimoniū, tametſi ex illa liberos ſuſceperit. Quicunque uerò ſacerdos tali matrimonio preces adhibuerit, plenæ [*è ſacerdotio*] eiectioni ſuccumbet. Cùm itaꝗ hoc modo hæc ſe haberēt, atqꝫ de iſtiuſmodi contractu apud Imperatorium diuinum tribunal [*quædam*] ambiguitas incidiſſet: emiſſa eſt menſe Iulio indictione 8. ab optimo & ſancto noſtro Imperatore Nouella ſanctio, quæ circa finem hæc narrat: Vt itaꝗ utrunque, & Imperatoriarum Pontificaliumꝗ ordinationum maieſtas, & legum canonum'que cautio rectè conſeruetur, atque ueneratione afficiatur: neque omnino hæc deciſio diſſoluenda, neque ruſus omnino illi efficacia concedenda eſt. Sed [*via*] media (quod aiunt) atque regia eundum eſt, & utrumque conſeruandum, erga deciſionis ſcriptorem illum patriarchā, ac Imperatores qui iſtius deciſionis mentio-

[a] ὁροθέτησιν.
[b] αὐταδέλφην
[c] πρῶτοι ἐξάδελφοι.
[d] ἀνηγέσθω.
[e] ἐκκήρυκτος ἔσται.

mentionem fecerunt, reuerentia nempe, & ne quis legibus canonibusq; diſſona præcipiat, quale [*quiddam*] hæc deciſio [*in medium*] adduxit. Oportet autē ab hac deciſione introductum [*matrimonij*] contractum, ſi iam conſummatus ſit, etiamſi eius faciendi facultas petita non fuerit, non diſtrahi: ſed iudicio atque approbatione loci antiſtitis ita in matrimonium coniunctis pœnis grauari, iiſdemq; coniugium conſeruari. Quòd uerò [*iſtiuſmodi matrimonium*] petitur, non ſine conuenientibus pœnis & præceptis, cuius cauſa ſuperiùs [*reuerentia*] dicta eſt, concedi: neq; [*id*] petentibus pro [*ipſorum*] arbitrio, aut promptè, aut citra criminationem, ſed adhibita commonefactione permitti. quinimo dictæ deciſionis, quęq; in ea ordinantur ab eccleſia ipſos ſuggeſtionem accipere: & ſi quidem oraculum [*illud*] uenerari conſtituentes, quæ in illo comprehenduntur, inconcuſſa cuſtodire uelint, omnibus modis laudandi ſunt: ſin quod ab illo uetitum eſt, peragere malint, permittetur quidem id illis facere, ſed non niſi competentibus pœnis ſubactis. Nota, quòd quæ in præſenti Imperatoria iuſsione ad abrogandam Siſinnij deciſionem continentur, interea noſtris temporibus nullam habuerint efficaciam. Atque precor equidem, ne unquam ullam habeant: quum cauſſam ob quam ſtatuta ſunt,[a] in nuda uoluntate ſitam eſſe, ac propterea nihil boni adferre ſciam. Hęc [*autem*] quanquam ſanctiſs. patriarchæ Siſinnij deciſio, inſuperq; Imperatoria iuſsio conſtituant: ne [*tamen*] omnes conſanguineorum ſexti gradus nuptiales cõtractus ab his perimi dixeris. Extat enim iuſsio ſemper celebrandi Imperatoris Dn. Alexij Comneni, ad ſuggeſtionem proedri illius & hetæriarchi Bardæ Zeri, menſe Martio indictione decimaquinta edita, & ad illius temporis ſanctiſs. patriarcham Dn. Nicolaum ac ſanctam diuinam'que ſynodum miſſa, quæ[b] amitam & ex fratre neptem cum patruo & ex fratre nepote, tametſi ſexti gradus cognationem ex affinitate obtineant, citra impedimentum iungi ſtatuit. Quam iuſsionem ſynodali commentario, qui in memorati patriarchæ Dn. Nicolai codice reperitur, inſertam legas. Proinde quoniam apud Imperatorium tribunal ſermo aliquando incidit, an unus atque idem[c] duorum fratrum neptes in matrimonium ſumere poſsit, quòd uidelicet in ſeptimum affinitatis gradum contractus referatur:[d] emiſſa eſt iuſsio potentis atque ſancti noſtri Imperatoris, quæ ne id unquam fiat ſtatuit: propterea quòd maritus & uxor unius [*eſſe*] gradus exiſtimentur, & [*matrimonij*] contractus in ſextum affinitatis gradum incurrat. Verùm quia hæc iuſsio in competentem librum relata non eſt, non habeo equidem quod amplius ſcribam. Eccleſia interim iſtiuſmodi matrimonium prohibet. Legas uerò etiam ſexageſimumſeptimum canonem ſancti Baſilij, quæ'que in illius interpretatione ſcripta ſunt. Ad hæc ſcias, quòd quum ante imperium ſemper celebrandi Imperatoris Dn. Alexij Comneni aliter fieri ſponſalia [*ſolerent:*] menſe Iulio indictionis ſeptimę anni [*ab orbe condito*] 6592. emiſſa ſit eiuſdem Imperatoris Nouella lex quæ huncin modum habet: Sponſalium nuptiarum'que[e] terminos uetuſta ſuperiorisq; ætatis legislatio ſusq; deq; habuit. Eorum autem[f] efficientes cauſas magis quàm Myſorum & Phrygum [*termines (ut*] prouerbium [*habet)*][g] indicauit. Verùm qui ſub fœlicis memoriæ patriarcha Dn. Iohanne Xiphilino ſynodi opera confectus eſt commentarius, cui etiam perpetuò inter Imperatores celebrandum Dn. Nicephorum Botaniatam per aureæ bullæ ſcripturam authoritatem largitum eſſe compertum eſt, quæ multùm inter ſe diſtabant, in unum contraxiſſe cernitur. Qua ratione quod ſynodica deciſio de nuptijs ꝓmulgauerat, hoc ille diſertis uerbis de ſponſalibus cēſet, duobus fratrib. duas patrueles ſponſare nō permittēs. Atq; promiſcua quidē plebs indiſcriminatim rem aggrediēs, & [*ſe*] in ſynodalis ſtatuti ſenſum mergere prorſus nequiēs, ſine ratione quid'nā ſponſalia eſſent fingebat, neq; q̄ pacto cautius firmarent̄ exactè cōſtituere ualebat.

[a] θελήματι ψιλῷ κεῖσθαι.
[b] θείαν καὶ ἀδελφιδῆν μετὰ θείου καὶ ἀδελφιδοῦ.
[c] δύο ἀδελφῶν ἐξαδέλφας.
[d] ἐξεδόθη.
[e] ὁρίσματα.
[f] τὸ μέσον.
[g] ἐγνώρισεν.

[Q*uin*] interdum etiam mentis ſuæ inconſiderantiam aduerſus abſolutam eccleſiæ normam uenditabat. Verùm Imperatoriæ noſtræ Maieſtatis pietas ſcientius conſiderationem [*illam*] auſpicata, ubi apparentem contrarietatem rectè diiudicaſſet, per præſentem legiſlationem optimam adinuenit conſonantiam. Poſteaquam enim uetus lex ſponſalia in ſola contrahentium uoluntate conſtituit, nihilq́ amplius [*quàm de*] conſenſu, inſtrumentis, atque ſponſalitijs arris elaborat: noſtris autem [*temporibus communis*] uitæ negocia ad longè ornatius magisq́ ſacrum diuina gratia deuenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ ſolùm, uerumetiam ſponſalia peragendam ſacram benedictionem ſibi coniunctam habent: ac [*uerò*] certum tempus primæ coniugum coniunctioni per recentiorem ſapientiſs. Imperatoris Dn. Leonis ſanctionem eſt promulgatum (in maribus nempe, annus ætatis decimusquintus: in fœminis, decimustertius: quod profectò tempus ad perfectam cõiugum cohabitationem uetus lex ſufficiens eſſe iuſsit) neceſſarium eſſe potentia noſtra iudicauit, ut per præſens oraculum firmiter definiat, propriè illa eſſe ſponſalia, & reuera ſecundum exactæ ſynodalis normæ conſiderationem cum nuptijs æquipollere, quæcunque tempus quod Imperatoris Dn. Leonis ſanctio determinauit, integrũ ſibi [*coniunctum*] habuerunt, & [*quæ*] ſacra [*inſuper*] benedictio conſequuta eſt: atque in illis ſynodalis deciſionis obſeruationem ualere debere. Si namq́ [*ſponſalia*] contrahentium alteram partem [*aut*] morte fortè alio'ue fortunæ caſu, aut ſententię mutatione recedere, ad aliudq́ uitę conſortium transferri contingat: non exiguus [*profectò*] hîc abſurditatis tractus exiſtet, [*ſi*] pręambulę nuptiarum preces in ſponſalibus peractæ, tanquam uanum aliquid [*temere'*]q́ accumulatum, reputentur, & indiſcriminatim ea res intelligatnr, quaſi ſi Deus per ſponſalia inter coniungendas perſonas introductus non eſſet. Hoc autem commemoratus celebris Imperator rectè ſequutus, ſancti uniuerſalisq́ ſexti Concilij [*eum*] canonem, qui ſponſam, dum ſponſus adhuc in uiuis eſt, cum alio in matrimonij conſuetudinem coire uetuit, adulterium [*eam*] rem [*eſſe*] manifeſtè ſtatuẽs: cum aperta ueteris legis contrarietate pulchrè conciliauit. Quoniam [*quæ*] poſt benedictionem ſponſis factam [*interuenit*] ſeparatio, ea [*demum*] ſecundum eius uocem iuſtorum ſponſaliorum eſt ſolutio. Quòd ſi ſponſalia quædam ſecundũ multorum conſuetudinem congruenter iam contracta fuerint, & inſtrumenta confecta ſint: nondum autem ſtatutum tempus, quo Chriſtianis debita benedictio fieri conſueuit, aduenerit, neque ſolennes ſuper deſponſatos preces per ſacerdotem pronunciatæ fuerint: hæc ſponſalia quantum ad exactam eccleſiæ diſſertationem [*attinet*], neque eſſe neque dici iuſta [*poſſunt*], neque uerò a duerſus hæc ſynodalis commentarius efficaciam habet: ſed tanquam hominum placita ſimpliciter per ſtipulationes confirmata, authoritatem ferunt, uetusq́ legiſlatio in illis firmitatem obtinet. Hoc enim pacto cùm uetuſta lex, quę antea de ſponſalibus promulgata eſt, integra conſeruabitur: tum ſynodi iudicium ſecundum hîc [*poſitam*] obſeruationem & intellectum & interpretatum, intactũ atque intentatum cuſtodietur. Quandoquidem uerò hæc ad hunc modũ [*conſtituta*,] & hæc uera [*eſſe*] ſponſalia deſignata ſunt, quæ cum ſacra benedictione, ſtatutoq́ tempore peracta eſſe noſcuntur: quæ uerò ſecundum antiquiorẽ legiſlationem fiunt, [*ijs*] uelut hominum placita ſtipulationibus conſtabilita uim habere, atque [*inſuper*] ſoli priſcæ legi, quæ certas perſonas ad ſeiunctam ſponſam ingredi prohibitas recenſuit, in his ualere conceſſum eſt: quiddã cum conuenienti Chriſtianis honeſtate coniunctum, præſenti oraculo nunc etiam addi oportet. Quia enim non ſecundum exactam conuenientemq́ rationem ueteris nouæq́ legiſlationis [*decreta*] peragebantur, ſed promiſcuum uulgus antiquiori legum authoritati adhæreſcens, poſt ſeptennale tempus citra dilationem ſponſalia celebrabat, ac pro arbitrio quiſque ad deſponſatas ingrediebatur,

batur, continua conſuetudine atque libertate ad colloquia congreſſus amoris flammam accendens: ſacratior autem pars Nouellam Imperatoris iuſsionem ſequuta, inter ſponſalia & nuptias diſtinctionẽ ponebat. primùm preces ſponſalitias, ac deinde matrimoniales coniungẽdas accinens: atq; [inde etiam] cõiunctim ſimul & eodem [tempore] quando interea [uel] minimum quiddam incideret, iſthęc perficiebantur, & ſponſalia nuptiæq; uno [eodemq; temporis] ſpacio peragebantur: hoc tanquã ſine diſquiſitione fiat, noſtra pietas corrigens, per præſentẽ generalem iuſsionem ſancit, [ut] qui ad annum contrahentiũ ſeptimũ, & deinceps uſq; ad decimumquartũ aut duodecimũ [a] uelut imaginarij ſponſaliorum cõtractus fiunt, legitimorũ firmorumq; ſponſaliorum uicem nõ obtineãt: ſed ſaltem tanquam confirmatæ ſtipulationes habeantur, atq; ſecundum aliorum contractuum naturam operentur. Et ad hũc [quidem] modum apud omnes ſubditos noſtros illa obtineãt: [ut tamen interim] uetus lex, quæ de ſpõſalibus promulgata eſt, in perſonas ad ſeiunctam ſponſam ingredi prohibitas, plenam efficaciam habere debeat: [idq;] quò [is] ſtatus quem in Chriſtianorum republica uigere conuenit, augmentum accipiat. Nam tametſi ea res ſecundum exactam rationem perfecta ſponſalia non ſint: attamen quia quod agitur, ſponſaliorum propoſitum habere uidetur, atq; inde nuptiarum fundamentum iaci incipit: magna profectò ratio eſt, quamobrem à lege prohibitę perſonæ iterum impediantur, [adeo] ꝙ nemo impudenter procari pręſumat, ut in uxorem aſſumere audeat, quam uetus lex ſponſam alicuius factam, diremptis ſponſalibus in alterius manum conuenire non ſinebat. Veruntamen ubi [id] tempus aduenerit, quod ſponſalibus ſimul & nuptijs conuenire iudicauimus ([ubi] nempe fœmina duodecimum annum, maſculus uerò decimumquartum exceſſerit) tunc in primis ſponſalia decantandis ſacris precibus, illorumq; ſolennibus (arra uidelicet, gratoq; deſponſatis oſculo) obſeruandis perficiantur: atq; deinde exiguo longioreue tempòre, quomodo contrahentibus uiſum fuerit, intermiſſo, citra recuſationem legitimæ etiam nuptiæ procedant: non autem multùm [inter ſe] diſiunctæ res ſimul uno die, & [ut] ſępe [fieri ſolet, una] hora effectum ſortiantur. Taliter enim ordine in nuptijs procedente, cùm lex uetus, quæ prohibitarum perſonarum catalogum fecit, illis non permittens ad ſeiunctam [b] cognatæ perſonæ ſponſam ingredi, obſeruabitur. tum ſapiẽtiſsimi Imperatoris nouella iuſsio decore in omnibus & ualere & in republica obtinere conſpicietur: [quin] & contrahentes perſonæ ab intempeſtiuis & indecoris congreſsibus coercitæ, caſtam uitam ducẽt, opportuno tempore, quãdo ſponſalia nuptiasq; ipſis perfici conueniet, cum ſacra inuocatione inuicem congreſſurę. Quòd ſiquis cõtrà atque pręſenti potentiæ noſtræ conſtitutione prohibitum eſt, ſponſalia conficere pręſumpſerit, neq; hęc generaliter & aduerſus omnes promulgata, quę in poſterum obtinere debent, ab ipſis Calẽdis ineuntis mẽſis Iulij, inſtãtis 7. indictionis, anni [ab orbe condito] 6592. ſequi uiſus fuerit, & ante legitimum tempus ſacramq; benedictionem arras paciſci fuerit auſus, aut etiam in mutuum conſpectum contrahentibus perſonis conuenire, atq; inter ſe [omnia] promiſcua habere permiſerit: tabellio qui arrhabonicum contractũ [c] conſcripſerit, à ſua ſtatione remouebitur. qui uerò ante tempus ſponſalia cõfecerint, humanæ diuinęq; iræ ſe obnoxios reddiderunt. Fiſcus nanq; propter pręſentis iuſsionis cõtemptum [d] per rerum domeſticarum ſecretarium poſitam ex ſtipulatione in inſtrumentis pœnam ab ipſorum ſingulis integram exiget. Credimus uerò etiam ipſum Deum aduerſus hos inſurrecturum, quòd inter iuuenes nequitiam palàm [æque] deſtinatò introducere non erubuerint. Etenim ſi uetus lex irrita facta eſt, & perfecta ſponſalia confici nequeunt: [ac] uerò recentioris legiſlationis præſcriptum ad effectum deducere contrahentes recuſant: quid aliud faciunt, quàm homines ſibi mutuò ſecundum legem non obſtrictos, contra legẽ

a ὡς ἐν τύπῳ.

b ἐγγίζοντος.

c ἐκτιθέμενος.

d διὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν.

inter ſe corrumpi ſinunt, iuuenum[q;] animis laſciuos amores per pollutam cõuerſationem ingenerãt. Nota uerò ex præſenti Nouella, quòd malè permiſſum fuit [a] bellicoſo Dn. Michaeli [matrimonio] cõiungi cũ [b] rariſsimæ formæ Dn. Anna, quæ [c] patruelis erat Mariæ Serblij [filiæ] antea illi deſpõſæ. Nam tametſi lege mortis ante nuptias ab ea ſponſa ſeparatus eſt, neq; cum illa ſe commiſcuit: attamen ipſius patruelem [uxorem] ducere non debuit. Neq; enim coniunctio, ſed precationum ceremoniæ, ut ſponſalia tanquam nuptiæ reputentur, faciunt. Si igitur laicus tale quippiã facere prohibetur, [profectò] conſecratus multò magis. Tali nanq; temporibus ſanctiſs. illius Patriarchæ Dn. Michaelis Anchiali per ſynodalem cõmentarium uetitum eſt legitimè coniungi cum [ea] muliere, quæ cognata eius fuerit, quæ [d] obligatorijs ſcriptis duntaxat illi obſtricta fuiſſet, neq; ſponſaliorum preces cum ipſo excepiſſet, quòd aut mortua, aut pœnitudine ducta alteri uiro coniuncta eſſet: extraquàm ſi eam necdum ſexennem mors [e] arrhabonis inſtar abſtulerit. Viſum eſt enim concilio in ſexennem mulierem [f] copulæ concupiſcentiam non concipi. Verùm hoc in laicis nõ obtinebit. Nam qui altari [deſeruiũt] ſoli unius uxoris, eiuſdemq; uirginis uiri nominari, ipſiq; eiuſdem ſtatus eſſe debẽt. Porrò quæ [hac] Nouella de ſpõſalibus cõprehenduntur, ex ipſa manifeſta ſunt. Scias uerò, quòd in chartophylacij ſepto ſanctiſs. illius patriarchæ Dn. Nicolai [quidam] commentarius aſſeruatur, qui hæc ad uerbum cõplectitur: Menſis Iulij die 4. indictione 15. quum ſanctiſs. noſter dominus & œconomicus patriarcha Nicolaus in Thomaita præſideret, ac cũ ipſo Dei amantiſs. metropolitani ille & ille conſiderent: Dei amantiſs. metropolitanus Cyzici Simeon cum noſtra moderatione conſidẽs, dixit, quomodo [quidam] matricis ſuæ urbis clericus nomine Iohannes Diabatenus ſponſalia inierat cum quadam Maria Theophili dicta, quæ eſſet ætate ſeptennis: atq; intellecto, propter ſponſæ impubertatem præter ius ſponſalia eſſe [inita], tunc ab illa receſſerat, ac poſt annos octo legitimè ipſam in matrimoniũ aſſumpſerat. Atq; hæc quum dixiſſet, quid de clerico [illo] faciendum eſſet, diſcere uoluit. Audiuit igitur à noſtra moderatione, conſidentiumq; fratrum cœtu, quòd nõ ſolùm in nuptiali contractu arras dari receptum ſit: uerumetiam in [cæteris] contractibus omnibus: atq; [id quidem] non coactè, ſed ſpontè. Quemadmodum igitur in alijs contractibus nõ dicimus quod actum eſt, ſi arræ datæ non fuerint, eſſe irritum: ita quoq; in cõtractu nuptiali, tametſi arra ſiue ſponſalia [g] [nõ] proceſſerint [quod actum fuerit,] firmum atq; indiuulſum erit. Itaq; [quanquam] quæ inter clericum & Mariam (ut dictum eſt) ſponſalia proceſſerũt, ſubſiſtere nequeant: habebit [tamen] indiſſolubiliter clericus uxorem ipſi per ſolam nuptialem conſecrationem (ut explicatum eſt) coniunctã. De donatione tamen propter nuptias, propter quã ſponſalia etiã fieri conſueuere inter coniuges ipſorúmue partes, non tractabitur: ſed perinde atque ſi ſponſalia non proceſsiſſent, neque ante nuptias donatio ſubſequuta eſſet, firmum erit matrimonium atque indiſruptum. Similiter alia etiam eiuſdem Imperatoris de eadem legislatione edita iuſsio eſt, quæ hanc uim habet: De nuptijs atque ſponſalibus menſe Iulio indictionis 5. anni ab orbe condito 6592. ſtatuiſſe [nos] ſcimus, quæ in illa legislatione atque relatione comprehenſa ſunt. Atq; eorum [quidem] nihil labefactari ſuſtinemus, ſed in æternum intentata & immutabilia manere uolumus. Vt [uidelicet] ſponſalia [&] nuptiæ (quemadmodum dictum eſt) coagmententur: ut in [ſtatutò] tempore nihil innouetur, & ex conſociãdis mas quatuordecim annis maior ſit, fœmina uerò duodecim. Quoniam uerò nihil tum ſtatutum eſt, an eo modo inita ſponſalia, ſi [fortè] dirimantur, ſoluendæ pœnæ [h] [obnoxia] futura, an uerò omnino indiſſolubilia manſura ſint, atque ideò etiam ea de [re nos] ipſe interrogaſti: ſancimus, ut iſtiuſmodi ſponſalia, quæ propriè [ac uerè] ſponſalia ſunt, immota, immutabilia, & omnino inſolubilia maneant (quippe [quia] Deus

inter

a ὁπλοφορίτῃ, ab inuenendis armis.
b σπανεκωτάτῃ.
c πρώτῃ ἐξαδέλφῃ.
d διωμοτικῶν ἐγγράφων.
e ἐῤῥαβωνίσατο.
f φθορᾶς.
g Negatiuam particulã loci natura requirit.
h ὀνοχα aut ſimile quiddã in Græcis omiſſum eſſe.

inter conſociandos inducatur, eamq́ꝫ cōiunctionem per precum [a] ceremonias communiat) & nunquã illa pœnis dandis ſoluātur, quæ [pœnæ] neq́ꝫ contracti-bus deinceps inſcribentur: quia non ab illis, ſed per Dei inuocationē ſponſalia corroborātur, cuiuſcemodi [ſponſalia] omnino etiam inſolubilia manebunt [iiſq́ꝫ] duntaxat de cauſis ſoluētur, quibus matrimonia, quibus illa ut uitibus æqualia ſunt, ſtatutum eſt. Cognatæ uerò perſonę in [contrahendis] nuptijs uel ſponſalibus prout [iam] placitum eſt, impedientur, neq́ꝫ contrà quàm hac conſtitutione uetitum eſt, quicquam à quoquam conſiet, niſi ſiquando Imperator [b] quodam diſpenſationis modo & ſpōſalia & cōſecratione [peragēdam] cōiunctionem intra præſtitutos annos permiſerit. Licitum eſt enim Imperatoribus, uti aliter quàm ſecundū leges [c] diſpenſent: quēadmodum & ſapiens Imperator & uetuſtiores legislationes dixere. Neq́ꝫ uerò ipſi quū tēpus abbreuiabūt, priuſquam qui cōiugentur, eorū maſculus quartumdecimū, fœmina uerò duodecimū annū exceſſerit, naturalē congreſſum permittēt. [Quin &] parētes, nequid ante dictum tēpus fiat, diligentē curam adhibere debebunt. Alioqui & qui intempeſtiuū coitū peregerit, & parentes ipſius legib. aduerſus ſtupratores [latis] obnoxij erunt. Porrò ſi quādo Imperator ſponſaliorū nuptiarū'ue tēpus innouauit, cōiungendi ante præfinitū [a] rei tempus morte diſiūcti fuerint: impedienē tūc etiā ꝓhibitæ perſonæ, neq́ꝫ illis ad audendū nō audēda bonā occaſionē ſuppeditabit, q̄ ſpōſalia nuptiæ ue ante tēpus quod noſtris cōſtitutionibus placuit, morte diſſoluta ſint. Quod enim perfecto ſponſaliorū nuptiarum'ue tempori deeſt, [id] ſupplēs Imperatoris [d] diſpēſatio perpetuū ſeruabit prohibitis impedimētū ut [illi] nullo modo uetitū cōtractū inire [poſſint]. Quare quicūq́ꝫ cōtractus ex iuſtis ſpōſalib. ꝑfectis'ue nuptijs impediūtur, hi etiā ab illis quę intra legitimū tēpus [e] per diſpēſationē cōſtituta & naturaliter diſſoluta ſunt, arcebūt.

a ἱερατικαῖς. b οἰκονομικῷ τινὶ λόγῳ. c οἰκονομῶσι. d οἰκονομία. e οἰκονομηθέντων.

DE MVLIERIBVS, QVAE ABSENTES MARITOS *ſuos obijſſe ſuſpicantes nubunt.* Cap. III.

CONcilij ſexti canon 93. Baſilij canon 31. 36. 46. TEXTVS. Quæ de repudijs diſſerit Nouella 117. ait: Si miles, ſcholaris, fœderatus, alius'ue [quiſpiam] armatus in expeditionibus degat, quotcunq́ꝫ annis [abfuerit,] ipſum eius uxor expectato, tametſi nullas ab ipſo literas accipiat. Quòd ſi ipſum deceſsiſſe audierit, ne [adhuc quidem] nubito, niſi prius [uel] per ſe, uel per parentes ſuos, aliū ue fide dignum primores & chartularios numeri, in quo [ille] militare [ſolet], & tribunū interrogarit, an reuera mortuus ſit, & illi propoſitis ſacroſanctis Euangelijs ipſum mortuum eſſe in [f] inſtrumento depoſuerint. [Ea] autē acta mulier capito, ac dein [adhuc] annum expectato, tumq́ꝫ [deniq́ꝫ] legitimè nubito. Si uerò contra hoc præſcriptum nupſerit, & ipſa, & qui ipſam duxit, ut adulteri, puniūtur. At ſi qui depoſuerunt, mentiti eſſe probentur, militia priuantur, & decem librarum [auri] multam dant [illi] quem mortuum eſſe dixerūt, atq́ꝫ [is] ſi uelit, uxorem ſuam recipiendi facultatem habet. Si ſcholaris erat, à primoribus ſcholę & actuario dicta depoſitio fiat: ſin fœderatus, ab ipſius optione. SCHOLIVM. De repudijs 117. Imperatoris Iuſtiniani Nouella, eſt cap. 3. tit. 7. lib. 28. Baſil. & dicit de mulierib. maritos ſuos milites abſentes obijſſe ſuſpicantibus, quæcunq́ꝫ in textu compendioſè propoſita ſunt.

f ὑπομνήματι.

DE IIS QVI DIVORTIVM FACIVNT. Cap. IIII.

APoſtolorum canon 5. Concilij Gangrenſis canon 14. Concilij Carthaginenſis canon 106. Concilij ſexti canon 87. Baſilij canon 9. 35. 48. 77. TEXTVS. De diſiunctione matrimoniorum multis locis ciuilis lex diſſerit, maximè autem in lib. 25. tit. 2. & lib. Cod. 5. tit. 17. & Nouella de nuptijs. Perfectiùs autem Nouella 117. [ut quæ] expreſsè cauſſas exponit, ob quas [aut] maritus aut uxor repudium mittere poſsint. Atq́ꝫ [maritus quidem] dotem lucratur, eius domi-

nium liberis ex eo matrimonio ſuperſtitibus ſeruaturus, ſi [*quum mulier*] aliquos
Imperatoriæ maieſtati inſidiari ſciret, [*id*] marito ſuo non manifeſtauerit : illam
[*maritus*] de adulterio accuſauerit, & conuicerit : ſi quocunq; modo uitæ mariti
inſidias collocauerit, aut alijs id [*agentibus*] conſcia illi non manifeſtauerit: ſi [*unà*]
cum extraneis uiris nolente marito agitet conuicia, aut cum [*ijs ſe*] lauet: ſi nolē-
te marito extra ædes maneat, non [*tamen*] apud ſuos parētes, extra quàm ſi ipſe
citra dictas cauſas ipſam expulerit. Mulier autem mittit repudium, donatio-
nisq; propter nuptias, eius dominium ex eo matrimonio ſuperſtitibus liberis
ſeruatura, lucratur, ſi contra Maieſtatem Imperatoriam [*maritus*] conſilium ca-
ptauerit, uel eius alijs conſcius, Maieſtati non manifeſtauerit : [*ſi* [a] *quolibet modo*
maritus uxoris uitæ inſidias poſuerit, aut alijs de hoc conſultantibus ſciens prudensq; non manifeſtaue-
rit] ipſi, nec ſecundum leges uindicare ſtuduerit: ſi caſtitati ipſius, ut adulterio
polluatur, inſidiari tentauerit : ſi maritus, ubi uxorem de adulterio accuſauerit,
[*crimen*] non probauerit. His uerò de [*cauſsis*] maritus nō ſolùm donatione pro-
pter nuptias multatur, uerumetiam alterum eius trientem ex alijs ſuis bonis
[*amittit*]. [*cum*] & pœnas ſuſtinet, quas mulier damnata ſuſtentura fuiſſet. Si [*ma*
ritus] alteri in eadem domo eadem'ue ciuitate cohabitet, & ab uxore aut ab alio
admonitus non abſtineat : etiam de hac [*cauſſa*] trientem donationis ante nu-
ptias alterum [*uxor*] lucratur, donationem eius matrimonij liberis ſeruatura. Si
igitur extra has cauſas maritus repudium miſerit, donationem [*propter nuptias*]
eiusq; alterum trientem perdit. Sin mulier citra rationē repudium mittat, do-
tem perdit, & inſuper per omnem uitam ſuam in monaſterium conijcitur, bo-
naq; eius [*ita*] diuiduntur, ut liberi octo uncias, monaſterium uerò quatuor ca-
piat. At ſi liberi non fuerint, parentes autem [*ſint*,] qui repudio non conſenſe-
rint, illi uncias quatuor, monaſterium octo capit. Sin uerò conſenſerint, mona
ſterium uniuerſam ſubſtātiam percipit. Poſſunt autem hæc etiam de uiro citra
cauſſam repudiante dici, [*idq;*] ex Nouella 127. quæ pœnas temerariorum repu-
diorum æquales, & uirum ſtatutis in mulierem [*pœnis*] ex æquo obnoxiū eſſe,
dicit. Cęterum, ſine damno ſoluitur matrimonium, ſi maritus per trienniū poſt
initum matrimonium cum uxore coire nō potuerit : propter uitā monaſticam
etiam: & ſi maritus ab hoſtibus captus fuerit, ac an uiuat ad quinquenniū igno
retur. SCHOLIVM. Tit. 2. lib. 25. Dig. eſt in tit. 11. lib. Baſil. 28. Tit. uerò 17. lib.
5. Cod. poſitus eſt in cap. 10. tit. 7. lib. 28. Baſil. Iuſtiniani autē Nouella 117. poſita
eſt (ut ſæpius diximus) in lib. 28. tit 7. cap. 1. quæ ſic pro parte habet, ut in textu
cōpendioſè propoſitum eſt. De nuptijs Nouella 22. poſita eſt in lib. 28. tit. 4. &
14. Quod [*uerò*] Nouellæ 127. caput de repudijs diſſerit, nō eſt poſitum in Baſil.
ſed magis approbatum eſt cap. 13. Nouellæ 134. quod cap. 4. tit 7. lib 28 eſt, ac te-
merariorum repudiorū in utraq; parte æquales eſſe pœnas dicit. Nouellæ Iu-
ſtiniani 22. 4. cap. in tit. 7. lib. 28. poſitū, ait: Prædictis cauſsis uiſum nobis eſt no-
minatim & haſce apponere, ex quib. matrimonia diſſoluere uel citra pœnam
licet: atq; cōtinuò cauſſas etiā adducit, uitę monaſticæ nēpe, [*& ſiqui*.] intra triē-
nium coniugē non attingat, & captiuitatis [*cauſſam deniq;*.] Veruntamē ex dua-
bus cauſsis citra pœnā atq; qualēcunq; dationē cōiugiū ſolui, ait : quādo uerò
alter coniugum uitā monaſticam ſuſcipit, hæc dicit: Nam hoc caſu iubemus, ut
tam uiro quàm mulieri, ad meliora migrāti, ſoluēdi matrimonij ſimul & diuer-
tēdi poteſtas ſit: [*prius tamen*] breui aliquo deſertæ parti ſolatio derelicto. Quic-
qd em̄ cōtrahentes pacti ſunt, ut poſt mortē alterius lucro cederet, id ab altera
obtinere debet pars deſerta, ſiue uir ſiue mulier exiſtat: ꝓptera q; & iſte (quātū
ad cōiugē) mori uideatur, quum alterū uitæ iter pro altero capeſsit. Sed & No
uella Iuſtiniani 123. ſiue 8. cap. 1. tit. lib. Baſil. 4. iubet, ut uter coniugū in mundo
relictus eſt, à parte quæ tonſa eſt capiat, quidquid ex morte eius ratione pacti
[*conuenti*] ipſi cōpetiturum fuiſſet. Quod quidē Nouella 22. omnino ad dādam
ex alijs

Hæc in Græcis omiſſa eſſe, ex clauſula patet.

ex alijs cauſsis pœnã reſpiciẽs, paruum etiam ſolatiũ nominauit. Siquidẽ quod ex pacto [*datur*] pœna nõ reputatur. Atq; hæc quidem ad hunc [*ſe*] modũ habẽt. Quæro autem, quũ Nouella Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi [a] 117. ob tonſuram mariti uxori [b] donationem propter nuptias nõ dari dicat: ac [*uerò*] Nouella Imperatoris Iuſtiniani [c] 22. quæ ſuperius ſcripta ſunt ſtatuat, repetetúrne à muliere quippiã nomine donationis propter nuptias à marito tonſo [*datæ,*] an nõ? Quondã non ex pacto, ſed ex lege donatio propter nuptias dabatur. Siquid enim mulier dotis nomine dabat, tantundem in cmomunes facultates maritus [d] obijcere cogebatur: unde etiam ὑπόβολον [(*id eſt, obiectio, oppoſitio, ſuppoſitio, & tanquam contraria obligatio*)] eſt nominatum. Verùm hoc abrogatum eſt, atq; iſtiuſmodi donationẽ propter nuptias maritus hodie nõ dat: ſed ex pacto partẽ aliquã dat, quantã [*uidelicet ſi ipſe*] præmoriatur, uxori [e] pacto promiſerit. Quòd ſi nihil ſe donationis propter nuptias nomine daturũ promiſerit, neq; dare quicquã cõpelletur. Nouellã igitur Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi de donatione propter nuptias, quæ ex ueteri lege cognita eſt, atq; neceſſariò datur: Imperatoris aũt Iuſtiniani de lucro quod ex morte ſecundũ pactũ datur, loqui arbitror. Quod ergo ex morte alterius coniugũ ſuperſtiti dari conuenerit, exiget poſt alterius tonſionẽ qui in [*cõmuni*] uita relictus eſt, qualecunq; [*tandẽ*] ſit, ac quomodocunq; nũcupetur. Atq; id cõtingit [*quidẽ*] hoc modo, ut ſi mulier tondeatur, maritus ex morte eius [*ſibi*] ſuperſtiti dari promiſsã quantitatẽ, tametſi ὑπόβολον abuſiuè uocetur, exigat. TEXTVS. Quod porrò cõſenſu cõiuges inter ſe matrimoniũ dirimere [*poſsint*] dictũ fuit olim. abrogatũ aũt eſt per dictã 117. Nouellã, ſed poſtmodũ renouatũ ab Imperatore Iuſtino. Planè q maritus indotatã uxorẽ citra rationẽ eijcit, dat illi puræ ſubſtãtiæ ſuæ quadrantẽ. At ſi fortè plures tribus liberi ſint, nõ quadrantẽ, ſed unius liberorũ portionẽ [*illa*] accipit. Nõ poteſt aũt, quod illi datur, centũ auri libras excedere. Huic [*dationi*] tamẽ [f] quæ dotẽ non intulit mulier, ſi citra rationẽ à marito diuertat (quomodo eadẽ 117. Nouella [*tradit*]) nõ eſt obnoxia. SCHOLIVM. Conſt. 9. tit. 17. lib. 5. Cod. conſenſu matrimoniũ ſolui ſtatuit, quæ in Baſil. non eſt. Sed neq; [*illud*] 117. Nouellæ cap. quod conſenſu [*faciendas*] matrimonij diſſolutiones abrogat, in Baſil. poſitũ eſt, ſed pro eo poſitũ eſt Nouellæ 134. cap. 13. quod eſt cap. 4. tit. 7. lib Baſil. 28. quod cum Imperatoris [g] Iuſtiniani 117. legislatione idẽ ualet. [h] Eſt aũt Nouella Iuſtiniani 140, quæ nullo modo in Baſil. poſita eſt. Quòd aũt indotata uxor ex maritalib. bonis, quũ ille [*ipſam*] citra rationẽ repudiat, quadrãtẽ capit, eſt pars Nouellæ Imperatoris Iuſtiniani 117. ſed neq; hæc in Baſil. poſita eſt. TEXTVS. Vſqueadeò aũt matrimoniorum diſſolutio impediri nequit, ut lib. 45. tit. 1. digeſt. 19. dicatur: Quòd ſi quis coniugũ pœnã ſpopõderit, ſi culpa ſua diuortiũ fiat, [*promiſſio*] nõ ualet. Sufficit enim in talib. à lege cõſtituta pœna: niſi ſi ſtipulatio tantundẽ cõprehẽdat. & eiuſdẽ tit. digeſt. 134. Nõ rectè ſtipulor ab aliqua pœnã, ſi mihi nõ nubat. neq; itẽ quæ mihi iam nupta eſt, ab ea pœnã ſtipulari poſſum, ſi diuortiũ fecerit. Eadẽ etiã de muliere à marito ſtipulãte [*intelligẽda ſunt*] & lib. 8. Cod. tit. [i] 38. conſt. 2. Inualidè quis paciſcitur, ne ſibi diuortiũ facere nõ liceat: & quæ pœna in hac ſtipulatiõe cõſtituta eſt, irrita eſt. SCHOLIVM. Dig. 18. tit. 1. lib. Dig. 45. eſt cap. 18. tit. 1. lib. 43. Baſil. quod ſic habet. Irrita eſt ſtipulatione cõſtituta pœna, ſi culpa alterius cõiugũ diuortiũ factũ fuerit, ut ne priuatorũ hominũ pactis pœna publica perimatur. Quæras lib. 29. tit. 5. cap. 5. & tit. 6. li. 43. cap. 2. & thema 3. cap. 97. tit. 1. li. 43. & thema 1. cap. 134. eiuſdem lib. & tit. & thema 2 cap. 121. & lib. 2. tit. 2. cap. 243. & lib. 28. tit. 7. cap. 7. 8. 9. Digeſt. 134. tit. 1. lib. 45. Digeſt. eſt cap. 134. tit. 1. lib. 43. Baſil. quod habet quemadmodum in textu ſcriptum eſt. Chumnus [k] in margine Scholiũ adſcripſit, quod [l] paucis [*illud*] cap. interpretatur: & docet, quãdo de futuro matrimonio cõſcriptæ [m] obligationes efficaciã habere debeãt, & quãdo nõ. Verùm tu illi Scholio ne auſcultaueris: ſed notes ex hoc cap. quòd matrimonio

a *Nõdum ergo habemus plenũ Nouellarũ numerum.*
b *ὑπόβολον.*
c *Pro ρβ lego κβ.*
d *ὑποβάλλειν.*
e *συμφωνία.*
f *ἀπροίκου.*
g *Non Iuſtini, ut Græcus.*
h *Mẽdoſus hic locus eſt.*
i *In lib. noſtris 39.*
k *ἔξωθεν.*
l *τάχα.*
m *διαφωνητικά.*

a δεσμωτικὰ ἔγγραφα. rum [a] obligatoria inſtrumenta, ſi quidē à ſolis futuris coniugibus confecta fuerint, qnantū ad pœnam ob illorum tranſgreſsionem exigendam, inualida ſunt: ſi uerò ab alijs quibuſpiā efficaciam habeāt, & ſi culpa utriuſcunq; futurorū cōiugum matrimonium perfectū non fuerit, ab eo qui ſe effecturum, ut ille matrimonium ineat, promiſerit, pœna exigatur. Quæras etiā Palęum [in] cap. 1. tit. 1. lib. 28. & cap. 14. & 15. eiuſdē lib. & tit. Conſt. 2. tit. 38. lib. 8. Cod. eſt cap. 2. tit. 6. lib. 43. quod habet ut in textu ſcriptū eſt. Atq; in his [quidē] ciuilis lex [uertitur.] Scias uerò quòd ſæpenumerò quæſitum ſit, an qui iſtiuſmodi obligatoria de nuptijs
b ἀσυστάτων. inſtrumēta, aut etiā in [b] infirmis ſponſalibus, [c] nuptiales pactiones cū muliere
c γαμήλια. aliqua [d] interpoſuit, poſtquā obligatoria inſtrumēta, uel pręter ius [inita] ſpōſalia
d θέμενος. reprobarit, aliam uxorē ducere, aut in presbyteri [e] ſtatum euehi poſsit. Tu igi-
e τόπον. tur dic, quòd ſi perſona, quæ ei qui ſacerdos fieri uult, deſpōſa eſt, tēpore reprobationis inſtrumentorū ſextū annū exceſſerit. nō permittetur ei qui inſtrumēta
f παράνομον. uel [f] à lege nō confirmata ſponſalia [g] interpoſuit, ut alteri mulieri coniungatur,
g ἐνθέμενος. aut ſic ſacerdos fiat, tanquā bis matrimoniū cōtraxiſſe reputetur: [idq;] propter concupiſcētiam, & quòd mulier amoris capax ſit. Si uerò quum pacta reprobarentur, perſona illa ſex annis minor fuerit: firmiter talis alteri mulieri cōiungatur, aut ex eo tempore ſacerdos fiat. Aſtruas uerò hæc etiā ex nouella legiſlatione Imperatoris Dn. Alexij Cōneni, quæ legitima ſponſalia inſolubilia eſſe ſtatuit: & iubet, ut ſi ſpōſalia, tanquā legitimis tēporibus nō facta, ſolui contingat,
h παρανόμως. facultatem non habeant cognatæ eorum, qui [h] aduerſantibus legibus in cōiugij ſocietatem coniuncti fuerant, prohibitæ perſonę, ut [cum illis] coniungantur. Quam [quidem] Nouellam cap. 2. præſentis tituli inſertam etiam legas.

DE FORNICATIONE, ADVLTERIO, STVPRO & pædicatione. Cap. V.

APoſtolorum canon 61. Concilij Ancyrani canon 8. Concilij Neocęſarienſis canon 8. Concilij ſexti canon 86. 87. Baſilij canon 7. 18. 21. 22. 25. 26. 30. 34. 37. 39. 41. 58. 59. 62. 77. Gregorij Nyſſeni canon 3. TEXTVS. De ſtupro, adulterio, atq; pædicatione tractat lex in lib. 9. Cod. tit. 9. & lib. 48. titulo 5. talia
i τὸ μοιχικὸν. delinquentibus pœnam inducens capitalem. Vbi [etiam] dicitur, quòd [i] adulterij accuſatio non ſolùm ob ſtupratam legitimam cōiugem, uerumetiam de inſtabili atque illegitimo matrimonio & ſponſalibus, & de concubinatu inſtituatur. SCHOLIVM. Tit. 9. lib. 9 Cod poſitus eſt in cap 47. tit. 37. lib. Baſil. 60. & tit. 5. lib. Digeſt. 48. poſitus eſt in cap 3. tit. 37. eiuſdem 60. libri. Cuius tit. diuerſa cap. legas. quæ multa iſtiuſmodi docent, cuiuſmodi compendioſè ſunt propoſita. Verùm quòd adulteri, pædicones, aut ſtupratores capitali ſupplicio afficiantur, nō eſt poſitum in Baſil. ſed 73. cap. dicti 37. tit. ait: Adulteri uer-
k μέσοι. berati & tōſi naribus mutilātor: qui uerò [k] internūcij atq; adminiſtri in [l] impio
l ἀσεβήματι. illo ſcelere fuerint, uerberati & tonſi in perpetuum exilium mittuntor. Nouella autē Imperatoris Iuſtiniani 134. ſiue eius 12. cap. quod in tit. 7. lib. 28. poſitum eſt, circa initium hęc dicit. Si de adulterio maritus putet ſuam cōuinci poſſe uxorē, cōuenit, ut maritus prius cōtra uxorē, aut etiā adulteriū in crimē ſubſcribat. Et ſi quidē adulterij crimē manifeſtè probatū fuerit, tūc trāſmiſſo libello repudij, iubemus, ut illæ pœnę delinquētib. irrogētur, quas pręſcribūt leges: illis quoq; legitimas ſuſtinentibus pœnas, qui quidē uel internuncij uel miniſtri tam impio crimini extiterunt. [Præterea] de ſubſtantia adulterij, ſi uxorem habeat, dos
m Negatiuam ei donatioq; ante nuptias conſeruetur: aut ſi dotalia inſtrumenta [m] [non] inter-
particulam de- uenerunt, portio quę noſtra defertur lege. Reliquam eius ſubſtantiam deſcen-
ſiderari, luce dentes aut aſcendentes (ſi qui ſunt) uſq; ad tertium gradū, capiant ſecundū or-
clarius eſt. dines & gradus ſuos. Si nulli huiuſmodi ſuperſint, fiſco hæc addici iubemus. Mulier uerò quæ adulteriū cōmiſit, cōpetentib. ſubdita pœnis, in monaſterium conijciatur:

cōñciatur:& [ſic]deinceps,quę Patriarcha in cōpendium cōtraxit.Legas[uerò] etiā Nouellā Imperatoris Dn.Leonis Philoſophi 32.quę quid adultero & adulteræ fieri debeat,ſtatuit.Proinde de [a] inceſtu cap.76.tit.37.lib.60.hęc dicit:Inceſti,ſiue parētes cū liberis,ſiue liberi cū parētib.ſiue fratres cū ſororib.[ſe cōmiſceāt] gladio puniūtor.Qui uerò in alia cognatiōe ſe inuicē [b] inceſtarint,puta pater & filij uxor,aut filius & patris uxor ſiue nouerca,aut uitricus & priuigna,aut frater & fratris uxor,aut patruus & ex fratre neptis, aut ex fratre nepos & amita,aut [extraneus] & duę ſorores,aut[extraneus] & mater unà cū filia:hi & mares & fœminę(ſi[quidē]ſciētes[ſeſe]cōmiſcuerint)uerberati naribus mutilātor.Similiter etiā 77.cap.dicit: Si patrueles horúmue liberi, nec ultra: [inter ſeſe],uel pater & filius cū matre & filia,uel duo fratres cū duabus ſororib.uel duo fratres cū matre & filia,uel ex fratre nepos cum patrui ſui quondā uxore, ſiue patruus cū nepotis ex fratre quondam uxore,matrimonio coniungantur,alioquí ue carnaliter commercium habeant:ſupra ſèparationem uerberantor. [Et] cap.78. ait: Qui cum monachis,diaconiſsis,aut aſcetrijs libidinem exercent,tanquam qui eccleſiam ſponſam CHRISTI coinquinent,& ipſi & quę cum ipſis ſe contamināt,naribus mutilātor.Cap.autē 79.Qui,inquit,cum [c] cōcubina filij ſui aut matrimonij prętextu[ſe] cōmiſcet,aut alioqui clam commerciū habet,unà cum ipſa naribus mutilator:ut tamē prius à ſe inuicē ſeparētur. Verùm ſi cū [d] filij cōcubina maritata id perpetret,pœna eodē modo procedito,atq; [illi] inſuper uerberātor.Legas etiā 6.thema cap.10.tit.5.lib.Baſil.28.quod ait: Qui uirginē aut uiduā rapuit,hāc neq; cōſentiēte ipſius patre ad delictū condonāte, ducere uxorē poteſt. Cęterùm qui de ſancto baptiſmate aliquā ſuſcepit, nō poteſt ipſam poſtmodū in matrimoniū aſſumere:quippe quę tanquā ipſius filia facta ſit:neq; [item] eius matrē aut filiā:quin neq; ipſius filius. Quādoquidē nihil aliud perinde paternū affectū iuſtumq; matrimonij impedimentū introducere poteſt,atq; hoc uinculum,quo animæ ipſorū mediante Deo coaleſcunt.Lege eiuſdem lib.& tit.cap.3.thema 2.& 3.& cap.11. & lib.7.tit.8.cap.4.& lib.45.tit.2.cap.6.thema 3. & cap.10.thema 2.& 3 & lib.2.tit.3.cap.8.& cap.197. TEXTVS. Proinde fornicatio non laudatur quidē à ciuili lege,neq; tamen prohibetur.Etenim dicitur lib.12.tit.5.Digeſt 4.Quod meretrici datur,nō redditur. Quum enim meretrix ſit, nō turpe eſt ipſam accipere,rametſi meretricem eſſe turpe ſit. Et lib.39.tit.5.digeſt.[e] 6.quòd etiam ob inhoneſtam cauſſam rectè donetur, ueluti[ſi] meretrici [quippiā detur] :atq; [id] ratū ſit.Et lib.47.tit.2. digeſt.[f] 39. Qui alienā ancillā meretricem rapuit,aut celauit:neq; tāquam plagiarius, neq; tanquā fur tenetur. Nō enim furti,ſed libidinis cauſſa id fecit. Nam ſi quis fores meretricis effregerit, & alij ingreſsi,non[autem] ab ipſo inducti,res eius furati fuerint: [is] non tenetur tanquā fur. SCHOLIVM. Digeſt.4.tit.5.lib.12.eſt thema 2.cap.5.tit.2.lib.Baſil.24.quod eadem dicit.Digeſt.6.tit.5.lib.39.eſt cap.5.tit.1.lib.Baſil.47.quod habet,ut in textu compendioſè propoſitum eſt. Digeſt.39. tituli 2.lib.47.eſt cap.39.tituli 12.lib.60. Baſil.quod habet, quemadmodum declaratum eſt. Rectè autem dixit, quòd qui alienam ancillam meretricem rapit, non teneatur tanquam plagiarius, ſiue in metallum non condemnetur, ut eſt in Baſil. Nam qui ancillam quæ meretrix non eſt, rapit, in metallum condemnatur. [cuius rei cauſa]lib.60.totum 38.tit.quæras. TEXTVS. Dicit uerò etiam lib.38.tituli 8.quòd [g] uulgò quæſiti non modò matri, ſed etiam cognatis materni generis [h] ſuccedant, & [ipſis] ab his [i] ſuccedatur. Illuſtris autem [mulier] quæ liberos legitimos & ſpurios habet: non poteſt ſpurijs, neq; [k] inter uiuos, neq; quum moritur,quicquā ſuppeditare:quomodo lib.6.C.tit.[l] 57.Conſt.5.[tradit.] Planè [m] uulgò cōceptus neq; patrē habere dicitur: quēadmodū lib.1.tit.5.dig.23. Porrò cōcubinatus legitimus eſt,& eas ſine crimine cōcubinas habere poſſumus,in quas illicita nō cōmittuntur:ueluti [ſit]in cōcubina patris,uel aui,aut

a ἀθέμιτα.
b συμφθαρῶσιν.
c συνῆλθον.
d ὕπανδρον οὖσαν.
e In lib.noſtris 5.
f In noſtris 40.
g πορνογενεῖς.
h κληρονομῶσι.
i κληρονομῶνται.
k ζῶσι.
l In lib.noſtris 56.
m ὁ ἀπὸ πορνείας.

in

binatu habere poſſumus. Dicitur namq; lib. 6. tit. 4. conſt. 4. quæ [*ancilla*] domini ſui legitimã uxorem non habentis, uſq; ad mortem eius concubina fuerit, [*eam*] cum liberis ſuis in ingenuitatem rapi, & ſupra legitimam portionem peculium, quod quum dominus moreretur habebat, capere: neq; liberos, aut hæredes, aut cognatos defuncti in illam ius patronatus habere. Et lib. 7. eiuſdem Cod. tit. 15. conſt. 3. ait: Qui ancillam ad mortem uſq; in concubinatu habet: poteſt dum uiuit, de illa, & qui[a] fortè ex ipſa nati erunt, quod uiſum fuerit, ſtatuere, & in ultima uoluntate nominatim alij hęredi relinquere. Sed ſi moriẽs nihil dixerit, in libertatem [*illa*], & qui fortè ex ea nati fuerint, eripiuntur: dummodo [*tamen*] defunctus legitimam uxorem non habuerit. Etenim qui uxorem habet, neque liberam, neque ſeruam in concubinatu habere poteſt. Planè adulterij accuſatio ob ſtupratam concubinam etiam inſtituitur: quomodo lib. 48. tit. 5. digeſt.[b] 12. [*&*] 13. [*docent*]. Cæterùm concubina eſt, quæ legitimè cum aliquo ſine nuptijs uiuit: & quæ minus honeſta eſt,[c] pellex uocatur: ut lib. 50. tit. 16. digeſt. 144. [*traditur*] SCHOLIVM. Conſt. 4. tit. 4. lib. 6. Cod. eſt thema 4. cap. 28. tit. 1. lib. 41. quod habet, ut in compendio propoſitum eſt. Conſt. 3. tit. 15. lib. 7. Cod. eſt cap. 3. tit. 19. lib. 48. quod ſic dicit: Si quis uxorem non habens, cum ancilla [*ſua*] conſuetudinem habeat, ac cum illa ad mortem uſque permaneat, neque quicquam de illa in teſtamento ſuo dicat, ſiue liberos ex ea habeat, ſiue non, illa libera euadit. Quum autem liberam illam fieri, ex præſenti cap. audis: liberos eius ſeruituti obnoxios eſſe ne exiſtimes. Nam & ipſi liberi fiunt, quomodo ſuperius cap. lib. 41. & præſentis cap. ueteres [*leges*] aiunt. Digeſt. 12. & 13. tit. 5. lib. 48. non ſunt poſita in Baſil. Digeſt. 144. tit. 16. lib. 50. Digeſt. eſt cap. 144. tit. 2. lib. 2. Baſil. quod ſic habet: Concubina eſt, quæ cum aliquo in domo eius extra legitimas nuptias uiuit. Minus autem honeſta,[d] amica appellatur.

a ἐκ αὐτῆς. b In lib. noſtris ſolùm 13. c παλλακεύοντες. d φίλη.

SI LAICI VXOR ADVLTERIVM PASSA SIT. *Cap.* VI.

Concilij Ancyrani canon 20. Concilij Neocæſarienſis canon 8. Lege quæ annotata ſunt in cap. 32. tit. 1. præſentis Operis.

DE STVPRO ET NVPTIIS VIDVAE. ET, QVAE VIDVA DICATUR. *Cap.* VII.

Baſilij canon 18. 24.

DE IIS QVI MATRIMONII CAVSSA MVLIERES *rapiunt, aut uiolant, aut uirgines conſtuprant. Et, de ijs qui illis conſcij ſunt.* *Cap.* VIII.

Apoſtolorum canon 67. Concilij Ancyrani canon 11. 25. Concilij Chalcedonenſis canon 27. Concilij ſexti canon 92. Baſilij canon 22. 30. 33. 38. 53. Legas quæ annotata ſunt in cap. 30. tit. 9. præſentis Operis.

DE HIS QVAE PRAETER VOLVNTATEM PARENTUM *aut dominorum nubunt.* *Cap.* IX.

Baſilij canon 38. 41. 42. TEXTVS. Qui quæ'ue in alterius poteſtate ſunt, non poſſunt legitimè matrimonium cõtrahere, non conſentiente eo qui illos in poteſtate habet: ut lib. 5. Cod. tit. 4. & lib. 23. tit. 2. [*traditur*]: extra quã ſi [*quis*] filiam uigintiquinq; annos natam [*in matrimonium*] elocare differat. Tunc enim [*illa*] liberæ conditionis homini ſeipſam [*matrimonio*] iungere poteſt: quemmodum quæ de ingratitudine hæredum [*tractat*] Nouella 115. [*docet.*] SCHOLIVM. Tit. 4. lib. 5. Cod. poſitus eſt in cap. 27. tit. 4. lib. Baſil. 28. Quale tamen cap.[e] in Textu ſcriptum eſt, nullum in toto [*illo*] tit. eſt. Quòd autem qui quæ'ue in poteſtate ſunt, citra conſenſum eius qui eos in poteſtate habet, legitimè matrimonium cõtrahere nõ poſſint: [*id uerò*] ex multis cap. manifeſtũ eſt. Tit. 2. lib. 23. Dig. eſt in cap. 1. tit. 4. lib. 28. atq; eiuſdẽ tit. cap. 2. ait: Nõ cõſiſtunt nuptiæ, niſi

e αὐτὸς.

DE LAICIS, QVI COMEDVNT IDOLIS IMMOLATA, *uel carnes in ſanguine, uel ſuffocata, uel à beſtijs capta, uel morticina.* *Cap.* XIII.

APoſtolorum canon 63. Concilij Ancyrani canon 3. Concilij Gangrēſis canon 2. Concilij ſexti canon 67. Gregorij [a] miraculis clari ex epiſtola de comedentibus idolis immolata, Baſilij canon 81. — a θαυματουργοῦ.

DE LAICO IMPERATOREM CONTVMELIA *afficiente.* *Caput* XIIII.

APoſtolorum canon 84. Lege quæ annotata ſunt in cap. 36. tit. 9. præſentis Operis.

DE ORTHODOXIS, QVI AB HAERETICIS AVT *Iudæis benedictiones accipiunt, uel cum illis feſtos dies agunt, uel cum Iudæis ieiunant. &, Quòd ſabbati die feriandum non ſit, ſed quoad eius fieri poteſt, Dominica. &, De ijs qui in monaſterijs aut eccleſijs hæreticorum orant.* *Cap.* XV.

APoſtolorum canon 65. 70. Concilij Laodiceni canō 9. 29. 32. 34. 37. 38. 39. Cōcilij Carthaginēſis canon 60. 38. 39. Lege quæ annotata ſunt in cap. 15. tit. 3. præſentis Operis, & cap. 4. tit. 7.

DE LAICIS, QVI CLERICOS MONASTERIORVM, *ptochiorum, aut martyriorum ſolicitant, ne ſub poteſtate epiſcoporum maneant.* *Cap.* XVI.

COncilij Calcedonenſis can. 8.

DE LAICIS, QVI EXCOMMVNICATIS VEL [b] SCHISma facientibus presbyteris [c] adhærent, & ſine [conſenſu] epiſcoporum ſuorum altaria erigunt. *Cap.* XVII. — b ἀποσχίζουσι. c προστιθεμένων.

APoſtolorū canō 31. Lege quæ annotata ſunt in cap. 14. tit. 9. præſentis Operis.

DE PERIVRIS. ET, IN CVIVSMODI [CASIBVS] *eos qui iurant, non rectè iurare oporteat.* *Cap.* XVIII.

BAſilij canon 10. 17. 29. 64. 82. TEXTVS. De periuris dicitur in lib. 12. tit. 2. & lib. Cod. 4. tit. 1. Atq; generalis quidem ſermo uult, ne [*in*] periuria inquiratur. Sunt tamen quædam exceptiones. Dicitur enī lib. 12. tit. 2. digeſt. 31. In dubijs [*cauſſis*] ſolet iudex iuſiurandum deferre, & ſic [*deinde*], iudicare. Si igitur eo modo cōdemnatus, poſtmodū [*ſe*] [d] inſtrumēta inueniſſe [d]icat, ijsq; ſolis uti uelit, [e] ex integro cauſſam agit. Quòd ſi aduerſarius iuſiurandū deferat, nō retractaī cōtrouerſia. SCHOLIVM. Tit. 2. lib. 12. Dig qui de iureiurādo, ſiue [f] uolūtario, hoc eſt delato, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali docet, eſt in principio tit. 5. lib. 22. Baſil. & ait 4. thema cap. 3. Mulier iurans ſe prægnantem eſſe, mittitur in poſſeſsionem: neq; poſt [*præſtitum*] iuſiurandum conuenitur, quaſi [g] calumniæ cauſſa in poſſeſsionem miſſa ſit: neq; in poſſeſsione uim patitur. Sed ſi aduerſarius ipſam non prægnantē eſſe iurauerit, non mittitur. Verùm ex huiuſmodi iureiurando non præiudicatur quæſtioni de partu. Alterius nanq; iuſiurādum alteri neq; prodeſt neq; obeſt. Et tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. 43. eiuſdem 5. tit. lib. 22. Baſil. & ait: Cauſſa iureiurando ex conſenſu utriuſq; partis, uel aduerſario inferente, præſtito, uel remiſſo, deciſa: nec periurij prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur. Digeſt. 31. tit. 2. lib. 12. Dig. eſt cap. 31. eiuſdem 5. tit. lib. 22. Baſil. ac dicit, quæcunq; compendioſè propoſita ſunt. TEXTVS. Eſt tamen lib. 4. Cod. tit. 1. conſt. 13. inuenire, etiam iuſiurandū deferente aduerſario præſtitum retractari. Ait enim: Si qui legatum exigeret, quum teſtamentum non appareret, hærede deferente, deberi ſibi iurarit, & acceperit: [*ac*] uerò poſtmodum [*inuento teſtamento*] nihil ei derelictū fuiſſe: aut derelictum quidem, ſed propter Falcidiam non totū capere debuiſſe, deprehēſum fuerit: reddit. SCHOLIVM. Meminimus [h] ſuperiùs legis, iuſiurandum præſtitum non retractari docentis, Item & alterius legis meminimus, nempe cap. 31. tit. 5.

d ἀναπόδεικτα. e ἀνωθεν. f ἑκουσίῳ. f προσκαρτερῆ. g κατὰ συκοφαντίαν. h ἀνωτέρω.

lib.22. [ſimiliter] præſtitum iuſiurandum non retractari, docentis. At ſancti Baſilij permulti canones periuros ualde puniri ſtatuunt. Quærendum eſt igitur, quando præſtitum iuſiurandum retractetur, ut aduerſus peierantes canonicæ pœnæ locum habeant: & quādo non. Dicimus itaq;, propriè quadruplex eſſe iuſiurandum: uoluntarium [nempe], quod uidelicet de uoluntate partium extra
a ἀποφάσεως. iudicium præſtatur: neceſſariū, quod deferente actore, & ex [a] interloquutione iudicis datur: iudiciale, quod ex ſententia iudicis uel inuitis litigatorib. controuerſiam decidit: & [iuſiurandum] in litem, quod litigioſæ rei precium, quādo illa dolo contumacia'ue rei non datur, in certā quantitatē redigit. Eſt [tamen] etiam iuſiurandum, [quod] propter calumniam [datur.] Ac uoluntarium quidem nunquam retractatur. Neceſſarium uerò in uno eoq; ſolo caſu retractatur, nempe ultimi cap. tit. 5. lib. 22, Baſil. Nam tametſi Gobidas & Stephanus, quū interpretantur cap. 31. tit. 5. lib. 22 ſolum uoluntarium nō retractari dicant: tu tamen illi Dig. aſcriptæ interpretationi ne auſcules. Etenim 43. cap. tit. 5. lib. 22. quod eſt conſt. 1. tit. 1. lib. 4. Cod. ad hunc modum ait: Cauſſa iureiurando ex conſenſu utriuſq; partis, uel aduerſario inferente, delato & præſtito, uel remiſſo deciſa, nec periurij prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hac lege excipiat̄: ſuſtulit Gobidæ & Stephani ad Dig. cōſcriptam interpretationē. Reliquæ autē iuriſiurādi [ſpecies], quemadmodum id memoratum 31. cap. ait, nouis inſtrumētis repertis retractātur. Hæc igitur quū ita [ſeſe] habeāt, quodcunq; iuſiurandū retractari, quò ſi qui fortè periuri inueniantur, canonicis pœnis plectātur, ne di-
b περὶ ὅρκου. xeris. Sed illos ſecundum legum [b] tenorem, tāquam periuros [canonicis] pœnis feriri dicas, qui ex iuriſiurādi retractatione cōdemnātur. Atq; ad hunc [quidem] modū canones [cū legibus] cōcilia. Nā neq; ſanctus Baſilius in iureiurādo quod
c ἀνεπίσκεπτον. ex cōſenſu dat̄, de periurio tractat: ſed eos q iurarint, Deū uindicē habere [c] aſſerit, atq; in reliquis [caſibus] quæſtionē de periurio inſtituit, & pœnas proponit.
d μικροψυχίαν. [Cæterum hinc] mihi excipias, quod à nōnullis per [d] puſillanimitatē nō [autem] ad delationem aduerſarij, neq; ex iudiciaria neceſſitate præſtatur iuſiurandū: puta, quando quis [ſe aut] non eſurum carnes, aut Hieroſolyma profecturum, aut aliud boni quippiam facturū iurat, nec id facit: ſimiliter etiā quando quis hoc aut illud malum [ſe] facturū cum iureiurādo negat, & facit nihilominus. Tunc enim tanquam periurus non puniendus, ſed quomodocunq; à loci epiſcopo [uelut adhibita medicina] curandus erit. Conſt. 13. tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. ult. tit. 5. lib.
e ἐπάνω. 22. Baſil. atq; explicata eſt [e] ſuperiùs. TEXTVS. Itē quæ de iudicialis iuſiu-
f καθαρότητος. randi [f] puritate tractat Nouella 124. retractandi, ſiue iurati mendacium arguendi poteſtatem facit. Quin & lib. [g] 12. tit. 2 digeſt. 13. dicitur: Qui in re pecuniaria
g Non 2. ut male in Græcis. [ſe] non debere, aut [ſibi] [h] deberi per principem iurauerit, & fortè peierauerit: uel intra [i] certum tēpus [ſe] daturum, [nec fecerit]: fuſtigatur. Et lib. 2. Cod. tit. [k] 4.
h Nō χρεωστεῖ, ſed χρεωστεῖσθαι. conſt. 41. Qui maior annis tranſactionē, per Deum aut Principē iurādo libera uolūtate cōfectam, Principem uel magiſtratus interpellando, aut quæ placuerint nō faciēdo, tranſgredit̄: infamia notatur, & actione ijſq; quæ ex trāſactio-
i προθεσμίαν. ne lucraturus erat, excidit, atq; [inſuper] conſtitutā pœnā dat. [Qui uerò in pactis]
k Nō 2. ut perperā in Græcis. perſtiterint, omnia capiūt. Et cōſtit. 42. Si ex falſis inſtrumētis pactū aut trāſactio inita fuerit, quāuis iuſiurandum adhibitum ſit, euertitur [tamen], etiāſi [l] ci-
l χρηματικῶς. uiliter falſum inueſtigatū ſit: niſi de eo ipſo trāſactio facta fuerit. SCHOLIVM. Nouella Iuſtinianea 124. eſt in lib. Baſil. 7. tit. 4. cap. 6. quod inſertū eſt interpre-
m κατὰ τοὺς νόμους. tatiōi can. 15. cōcil. Carthagin. quod de iudiciali iuſiurādo [m] hinc retractādo a-
n Non 5. ut Græca. gēs, legas. Dig. 13. tit. [n] 2. lib. [o] 12. habet perinde atq; ſcriptū eſt. Cōſt. 41. tit. [p] 4 lib. 2. Cod. eſt cap. 58. tit. 2. lib. 11. quod dicit, quęcūq; cōpēdioſè propoſita ſunt. Cæ-
o Non 22. terū illud etiā iuſiurādū iudiciale [eſſe] dixit. Propterea em̄ ex reprobatiōe eius
p Non 1. [unà] cū dāno infamia etiā cōſequit̄. Cōſt. 42. eiuſdē lib. & tit. eſt cap. 59. tit. 2. lib. 11. quod perinde habet atq; ſcriptū eſt. TEXTVS. Et lib. 4. Cod. tit. 1. conſt. 2. Tametſi

e. Tametſi per ſalutem Principis calore [*quodam*] quis iuratus peierarit, nõ punitur, neq; maieſtatis crimine tenetur. Et lib. Cod. 9. tit. 8. cõſt. 2. [*Se*] ſemper ſeruo ſuo iratum fore iuratus, ſi iram remittat, maieſtatis crimine non tenetur. Dicit uerò etiam lib. 2. tit. [a] 14. digeſt. 7. Aduerſus commune ius paciſci aut legare nõ licet. Et ſi quis de his [*ſe*] non acturum iurarit, non eſt ratum. Planè, De ſcenicis, Nouella 51. ait, quòd ſcenicæ, tametſi ſe nunquam à fornicatione deſtituras iurarint, [*ab ea*] recedant, [b] periurij pœnas non ueriturae. Et [c] in regulæ modum addit, In [*rebus*] turpibus iuſiurandum ſeruari non oportere. SCHOLIVM. Conſt. 2. tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. 44. tit. 5. lib. 22. Baſil. quod ſic habet: Nemo qui per Deum iurat, periclitatur. Satis enim iuſiurandum Deum ultorem habet, ſi per illum præſtitum ſit. Quòd ſi [*quis*] per Principem quodam calore iurauerit, conniuetur. Animaduerte igitur, quòd tametſi cap. [*illud*] prius haberet, Eum qui calore quodam per Principem, ſiue per Principis nomen iuraſſet, non teneri maieſtatis crimine, neq; puniri: Baſil. architectus omnino conniueri dixerit. Qui uerò non calore [*quodam*] peierarit, [*hunc*] fuſtigari dicas: [*idq;*] ſecundum thema ult. 13. cap. eiuſdem tit. & lib. quod ſic habet: Qui in re pecuniaria [*ſe*] nõ debere, aut [*ſibi*] deberi per Principem iurauerit, & peierauerit: uel intra certum tempus [*ſe*] daturũ, [*nec fecerit:*] fuſtigatur. Porrò quæ de eo quòd periurus Deũ ultorem habeat, in dicto 44. cap. ſcripta ſunt, interpretabere ſecundum [d] ſuperius à nobis ſcriptum magnũ Scholium, ac dices, quòd iſtiuſmodi iuſiurãdum ſit [*aut*] uoluntarium, aut neceſſarium. Nam qui in iuſiurando non tali peierat, grauiter punitur. Quorſum quæras 81. canonem Baſilij magni, & cap. ult. tit. 38. lib. 60. & cap. 4. tit. 30. eiuſdem lib. ac interpreteris, quemadmodũ in dicto Scholio diximus, eos qui calore [*quodam*], & qui nullo peierant, alio atq; alio puniri modo. Conſt. 2. tit. 8. lib. 9. Cod. eſt cap. 15. tit. 36. lib. 60. quod habet, ut in Textu ſcriptum eſt. Dicas itaq; de hoc, quòd ſi calore [*quodam*] iurauerit, non teneatur: ſi nullo teneatur, ut ſuperius dictum eſt. Digeſt. 7. tit. [e] 14. lib. 2. Dig. eſt thema 13. tit. 1. lib. 11. Baſil. quod ſic habet, ut in Textu ſcriptũ eſt. Dicas igitur ob iſtiuſmodi iuſiurandum neminem puniri, ut periurum: propterea quòd id [f] aduerſus leges præſtitum eſſe, nec ſubſiſtere, manifeſtum ſit: atq; tanquam præſtitum non eſſet, reputetur. Nouella Imperatoris Iuſtiniani 51. quæ omne lenociniũ prohibet, poſita eſt in tit. 38. lib. Baſil. 60. Eſt autẽ in fine tit. cap. quod ſic ſonat: [g] In tabernis proſtituta mulier, tametſi [*ſe*] à fornicatione non receſſuram iurarit, datisq; fideiuſſoribus [*cauerit*]: citra periculum deſiſtit. Qui uerò iſtiuſmodi fideiuſſiones exegerit, periurij crimine tenetur, & denis põdo auri multatur. Nota igitur cap. [*illud*] quod peierantem mulierem nõ puniri, ſed eum qui illam propter periurium [h] affligat, tanquam periurum puniri docet: quod nouum eſt. Item nota, quòd periurium crimen ſit, & [*quidem, ut*] arbitror, peculatus.

a Nõ 4. ut perperam Græca.
b Nõ ποινάς, ſed ἐπιορκίας.
c κανονικῶς.
d ὄπισθεν.
e Non 4.
f παράνομον εἶναι.
g ἐπὶ σκηνῆς ἵστα γυνή.
h τιμωρῆται.

DE IIS [i] QVI PROFANAE SVPERSTITIONIS IVSIVrandum iurant. Cap. XIX.

i ἐθνικῆς θρησκείας, quæ etiã ἐθνικὴν Græci uocant.

Concilij 6. canõ 94. Baſil. canon 81. TEXTVS. In digeſt. 5. tit. 2. lib. 12. dicitur: Rectè tibi defero, ut per ſalutem tuam iures. Omne enim licitũ iuſiurandum ex delatione præſtitum, ſeruatur. Item [*illud*] quod quis per propriã [k] religionem iurauerit. At quod iuſiurandum per improbatam religionem iuratum eſt, non ſeruatur. SCHOLIVM. Digeſt. 5. tit. 2. lib. 12. Dig. eſt cap. 5. 11. & 3. tit. 5. lib. 22. Baſil. quod eadem dicit.

k Fortè ἰδίᾳ.

DE APOSTATIS, IMMOLATORIBVS, MAGIS, INCANTATORIBVS, *mathematicis, diuinatoribus, & [l] amuleta appendentibus.* Cap. XX.

l περιάπτουσι.

Apoſtolorum canon 62. Concilij Nicæni canon 11. 12. Concilij Ancyrani canon 3. 4. 5. 6. 8. 9. 12. 24. Concilij Laodiceni canon 36. Concilij Carthaginenſis

ginenſis canon 45. Concilij ſexti canon 61.65. Petri Alexandrini canon 1.2.3.4. 5.6 7.8.9.10.11.12.13.14. Baſilij canon 7.8.44.48.49.65.66.72.73.81.83.. Gregorij Nyſſeni canon 1.2. Lege quæ annotata ſunt in cap.25.tit.9.præſentis Operis.

DE HISTRIONIBVS, MIMIS ET SIMILIBVS *pœnitentiam agentibus.* Cap. XXI.

CONcilij Carthaginenſis canon 45.63. Concilij ſexti canon 50.51. TEXTVS. Conſt.33.tit.4.lib.1.Cod.& [a] 123.& 129.tit.4.lib.5.& 32.& 46. magnas pœnas irrogāt lenonibus, ijſq; qui ancillas uel liberas cum mimis uel [in] theatris conuerſari, aut proſtare cogunt: & recedendi, dotalibuſq; [*inſtrumentis interuenientibus*] etiam illuſtribus ſi poſsint, nubendi poteſtatem faciunt. De ſcenicis uerò, ſpectaculis & lenonibus ſpecialis tit. eſt [b] 41.lib.11. Cod. Porrò ſcena eſt, ubi quis conſiſtit, mouetúrq; [c] hiſtrionicam artem exhibens, ſiue in publico priuatóue loco, ſiue in uico: in quem tamen locum paſsim homines ſpectaculi cauſſa conueniunt. Infames autem ſunt, quicunq; quæſtus cauſſa in certamen deſcendunt, & propter [d] præmium in ſcenam prodeunt. Verùm qui ſe ad artem ludicram [*exhibendam*] locat, neq; prodit: non notatur. Et qui ſeipſum locat, ut cum beſtijs depugnet: niſi beſtia leo fortè, aliáue quæpiam ſit, quæ manſueta facta eſt. Non item qui ſine mercede cum beſtijs depugnarit: niſi [e] in arena [f] honorarium [*quiddam*] capere ſuſtinuerit. Qui ſe locauit, etiamſi cum beſtijs non depugnet, notatur. Non tamen etiam qui mercedem capit, ut feram quæ regioni nocet, extra arenam depugnet. Planè athletarum, & qui in Olympijs [g] oblectantia dicunt, & qui in xyſto decertant, agitatorum item, & qui aquam equis ſpargunt, aliorumq; qui in ſacris certaminibus deſeruiunt, & [*poſtremò*] [h] deſignatorum ars ludicra non eſt, neque ignominioſa. Leno eſt, qui turpem quæſtum ex ſeruis uel liberis facit: ſiue principaliter hoc negocium gerat, ſiue alterius negociationis prætextu iſtiuſmodi perſonas habeat: ut [*puta, ſi*] caupo, uel [i] ſtabularius, uel balneator [*ſit.*] Etiam qui in ſeruitute leno fuit, ubi liber factus eſt, infamia notatur. Hæc omnia ſunt in lib.3.tit.1.digeſt.1.& tit.2.digeſt.4.& lib.23.tit.2.digeſt.48. Leno quoque eſt, qui [k] adulterio pollutam coniugem ſuam non dimittit: non etiam qui [*tantummodo*] ſuſpectam habet: ut lib.9. Cod. tit.9.conſt.2. SCHOLIVM. Tit.4.lib.1.Cod.& tit.4.lib.5.Cod. tranſſumpti ſunt in lib.Baſil.28.tit.4. Hæ autem conſt. non ſunt poſitæ in Baſil. Tit.41.lib.11.Cod.eſt.tit.37.lib.54.Baſil. cuius 1. cap. ita habet. De reliquo certamina libere peragātur. Nemo inuitus certamina edito. uoluntarios em̄ ſumptus facere uolo. Legas etiam cap.2,& 3.Tit.1.lib.3.Digeſt.eſt lib.Baſil.8.tit.1. Tit.2.lib 3.Dig. eſt lib.Baſil.21.tit.2. Tit.2.lib.23.Digeſt. poſitus eſt in lib.28.Baſil.tit.5.Digeſt. autem eius 48 non eſt poſitum in Baſil Sanè thema ult.cap.2.tit.2.lib.21.ait: Porrò ſcena eſt, ubi quis conſiſtit: & deinceps quæcūq; de hiſtrionibus in Textu ſcripta ſunt. De ijs qui cum beſtijs pugnant, loquitur 8.9.& 10.thema cap.1.tit.1.lib. Baſil.8.quæ in Textu compēdioſe propoſita ſunt. Quòd athletarum ars famoſos non faciat, eſt in cap.4.tit.2.lib.21. Baſil. Et, quòd leno ſit, qui iſtiuſmodi quæſtum, &c. eſt thema 2.& 3.eiuſdem cap. quæ ita expreſsè habent, quemadmodū [*id*] textui inſertum eſt. Quæret fortaſſe quiſpiam, quapropter qui operā ſuam in artem ludicram locauit, neq; [*eam*] exhibuit, non notetur: qui uerò ut cum beſtijs depugnaret, ſe locauit, tametſi non pugnarit, famoſus fiat? In arte ludicra ipſum factum, non autem propoſitum, infamiam irrogat. Quod manifeſtum fit ex eo, quòd non [*modò*] qui pro mercede, ſed [*etiam*] gloriæ cauſſa artem ludicram fecerunt. infames reddantur. In eo uerò qui cum beſtijs pugnat, non factum, ſed propoſitum, odioſum eſt. Nam reges etiam atq; milites, generoſitatem ſuam oſtentantes, cum beſtijs depugnant. Ac propterea quidem, qui tur-

pis

a Vide conſt. 33. tit. 4. lib. 5. Cod. qui autem hic numeri habētur, falſi ſunt

b In lib. noſtris 40.

c σκηνικῶν.

d φιλοτιμίαν.

e οὐ τῷ κυνηγίῳ.

f φιλοτιμίαν.

g οὐθύμικ, non εὔθυμικ.

h βραβευτῶν.

i πανδοχεύς.

k πορνευθάσαν.

pis lucri cauſa uitam ſuam prodidit,tametſi cum beſtijs non pugnarit, famoſus fit:qui uerò rei ludicræ faciendæ cauſſa pecuniam cepit,ſi eam non fecerit,non notatur.Tit.9.lib.9.Cod.poſitus eſt in lib.Baſil.60.tit.33.cap.48.Conſt.autem 2. omiſſa eſt.Eſt interim ſimile [quiddam] in lib.4.Cod.tit.7.conſt.[a] 5.Baſil.uerò lib. 24.tit.2.cap.14.quod ſic habet in initio: Qui uxorem ſuam fornicari ſciens tacet,lenocinium facit.

a Non 2.

DE SPECTACVLIS, ET REBVS LVDICRIS. CAP. XXII.

COncilij Carthaginenſis canon 15.60.61.Concilij ſexti canon 51.52.62.65.71. 96.105. TEXTVS. Quomodo ſpectacula peragantur, quomodo in illa ſumptus fiat,& quòd [b] ſpectaculorũ impenſas prꝑſes ad murorum refectionem ad tempus deriuare poſsit: dicitur lib.Cod.11.tit. [c] 41.42.45. & 46.Tit. [d] 43. tollit ſpectacula [e] gladiatorum. SCHOLIVM. Tit.41.lib.11.Cod.eſt tit.37. lib.54 Baſil. ac declaratus eſt [f] ſuperius. Tit.42.eiuſdē lib. eſt in tit.38. dicti 54. lib.Baſil. uerùm eius cap.non ſunt poſita in Baſil. Neq; [uerò] tit.44.neq; 45.neque 46.Tit.autem 41.5.priora cap.poſita ſunt(ut dictum eſt) in tit.37.lib.54.reliqua in tit.38.lib.60.Baſil. quæ de lenonibus docent: ac iubent,ut qui ſerui turpe aliquid facere coguntur,à regionis epiſcopo liberentur.Quem tit.totum lege,& [inſuper] quæ in eo eſt Iuſtinianea Nouella, quæ [g] lenocinij exercitium, & quemcunque lenonem grauiter punit.

b θεωρικῶν.
c In lib.noſtris 40.& ſic deinceps.
d Non 14.
e μονομάχων.
f ἐπισκόπων.
g πορνείας.

DE FVRIBVS, SEPVLCHRORVM VIOLATORIBVS, *latronibus & ſacrilegis.* Cap. XXIII.

BAſilij canon 61.66.Gregorij Nyſſeni canon 7.8.9.Lege quæ annotata ſunt in cap.27.tit.9.præſentis Operis. TEXTVS. De latronibus dicitur lib.48 tit.19.digeſt.28. Qui prædandi cauſſa aggreſſuras faciunt, ſimiles ſunt latronibus. Et ſi cũ ferro id faciãt,& ſꝑpius,atq; in itineribus,capite puniũtur:cæteri [h] in exilium mittũtur,aut deportãtur. Famoſi uerò,quibus locis latrocinati ſunt,furca figũtur,aut cum beſtijs depugnãt. [i] Mirabile [quiddã] ait conſt.2.tit.18. lib.7.Cod. de latronũ familia nēpe deſcēdentibus, ex largitione principali,uel authoritate fiſcali ſeruis factis,interimi libertatem. SCHOLIVM. Digeſt. 28.tit.19.lib.48.Digeſt.eſt thema 10.cap.28.tit.51.lib.60.quod eadem dicit,quæ in Textu ſcripra ſunt.Conſt.2.tit.18.lib.7.Cod.eſt cap.3.tit.9.lib.48 Baſil. quod ſic habet, ut in Textu compendioſè eſt propoſitum. De ijs uerò qui mortuorum capſas inueſtigant,ut quæ in illis ſunt prædentur: lege Nouellam Imperatoris Dn. Leonis Sapientis 96.quæ ſtatuit, ut qui ſemel in hoc deprehenſi fuerint, ueniam conſequantur: qui iterum id mali auſi ſint, [k] dorſi uerberatione tonſione q; caſtigentur. Exiſtimo autem hanc Nouellam in ſepulchrorum uiolatoribus nõ habere locum. Aliud enim eſt reliquias mortuorum transferre, & aliud furandi animo aliquid eorũ quꝑ inter ipſas ſunt ſubripere: tametſi [l] illud quoq; [m] ſepulchrorum uiolatio abuſiuè dicatur. Legas etiam 27.cap.tit.9.prꝑſentis Operis,quod circa finem de ſepulchrorum uiolatione propriè docet.

h Noſtri lib.in metallum dantur,uel in inſulas relegantur.
i παράδοξον.
k In Græcis eſt μαγκλαβίων, quæ fortaſſe uox eius tēporis eſt.
l τοῦτο.
m τυμβωρυχία.
n βαλλίζειν.

NE IN NVPTIIS [n] AD INSTRVMENTA MVSICA SALtetur,aut tripudietur. Cap. XXIIII.

COncilij Laodiceni canon 53.

NE VIRI CVM MVLIERIBVS SE LAVENT. Cap. XXV.

COncilij Laodiceni canon 30.Concilij ſexti canon 73.Lege quæ annotata ſunt in cap.31.tit.9.præſentis Operis.

DE IMBECILLOS SVBSANNANTE. Cap. XXVI.

APoſtolorum canon 57.

NE

NE MVLIERES AD ALTARE INTROEANT. ET, QVO'D ſolis a ſacri ordinis hominibus in altari communicare liceat. Cap. XXVII.

a ἱερατικοῖς.

COncilij Laodiceni canon 19. 44. Concilij ſexti canon 69.

NE EX b CONTRIBVTIONE CONVIVIA INSTITVANTVR. Cap. XXVIII.

b pro συμβυλῆς, lego συμβολῆς.

COncilij Laodiceni canon 55.

DE IIS QVI ALEA LVDVNT, AVT INEBRIANTVR. Cap. XXIX.

ἡ α΄ διάταξ. τοῦ μγ΄. τιτ. τοῦ γ΄. βιβλ. τοῦ κώδικος φησίν, ὅτι ὁ ἡττηθεὶς εἰς τὸν κόττον, οὐκ ἀπαιτεῖται· καὶ καταβαλὼν ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων παρὰ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ, διηνεκῶς καὶ μετὰ τριακονταετίας, εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν, ὁ θέλων, καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε, πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ, καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργα τῆς πόλεως. καὶ ἡ γινομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια, ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται. εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κόττου ἡττηθῇ τοῖς θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται· τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν, βοηθούντων αὐτοῖς τῶν ἀρχόντων, καὶ πατέρων, καὶ ἐκδίκων. μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι μονόβολον, καὶ κοντομονόβολον, καὶ κωντανὸν κόντακα χωρὶς τῆς πόρπης, καὶ περιχύτην, καὶ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας. καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι νομίσματος ἑνὸς ἑκάστην σύνθεσιν παίζουσιν. οἱ δὲ λοιποί, πολὺ ἧττονος. τὸ δὲ πλέον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει, καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. προνοοῦσι τούτων οἱ ἄρχοντες, δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν, ἢ συγχωροῦσι παραβαίνειν. ἡ δὲ β΄ διάτ. τοῦ αὐτοῦ τιτ. φησίν, ὅτι οὔτε τοῖς καλουμένοις ξυλίνοις ἱππικοῖς, οὔτε ἄλλην κυβείαν παίζειν ἔξεστι, πλὴν τῶν ἐπιτραπέντων ἐν τῇ προλαβούσῃ διατάξει. καὶ οἱ τόποι καθ' οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἱππικοῖς παίζουσι, δημόσιοι γίνονται, καὶ τὰ διδόμενα ἀποδίδονται· εἰ μὴ βουλομένων ἀναλαβεῖν τῶν δεδωκότων, ἀπαιτοῦνται διὰ τοῦ ἐπάρχου, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ προσκυροῦνται τοῖς ἔργοις τῶν πόλεων.

Si κόττος idem est quod κοττάβασις aut κότταβος, cuiuſmodi ludi genus fuerit, ſatis à multis memoriæ commẽdatum eſt.

Quomodo hoc aliter reddam, impræſentiarũ non occurrit.

ἡ α΄ διάτ. τοῦ μγ΄ τιτ. τοῦ γ΄. βιβλ. τοῦ κώδ. ἐστὶ κεφάλ. ε΄ τοῦ η΄ τιτ. τοῦ ξ΄ βιβλ. τῶν βασιλικῶν, οὕτω λέγον. ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια, καὶ πέντε ἐξαιρουμένων ὁρίζει καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τοῖς ἐπισκόποις ζητεῖν, καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα συναλλάγματα ἀνατρέπειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν ἐπιτετραμμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωστουμένων.

APoſt. can. 43. Cõcil. 6. can. 50. TEXTVS. Cõſt. 1. tit. 43. lib. 3. Cod. ait: Qui in cotto uictꝰ eſt, nõ tenet̃: & ſi ſoluit, cũ ſucceſſorib. à uictore eiꝰq; hæredib. perpetuò, etiã poſt triginta annos recipere [poteſt. Qui] ſi recuperare nolint, quicunq;, & præcipue ciuitatis in qua id factum eſt, pater aut defẽſor exigit, atq; in ciuitatis opera inſumit. Quæ uerò in cotto cautio facta eſt, irrita eſt & reddit̃. Quòd ſiqs etiã cotto in ſpeciẽ [repræſentato] lupinis aliá'ue [qua] materia uictus fuerit: nõ tenet̃. Epiſcopi [aũt] auxilio præſidũ, patrũ atq; defenſorũ in hoc inquirẽdi facultatẽ habẽt. Proinde μονόβολον dũtaxat, & κοντομονόβολον, & κωντανὸν κόντακα ſiue fibula, & περιχύτην, & ἱππικὴν ſine dolo atq; callidis adinuẽtionib. ludere eſt licitũ. Ac ualde quidẽ diuites in unũ ſolidũ unaquaq; appoſitione ludũt: reliqui uerò in multo minus. [In] quod aũt amplius [luſum eſt], nõ exigit̃, & datũ reddit̃. Harũ [aũt rerũ] curã habent præſides, atq; decẽ librarũ multa incũbit trãſgreſſorib. & trãſgreſsionẽ ꝑmittẽtib. Cõſt. uerò 2. eiuſdẽ tit. ait: Neq; ligneis equeſtrib. [quomodo] uocant, neq; aliũ [quencunq;] aleæ ludũ fas eſt ludere: præterq̃ ijs q̃ in pręcedẽte cõſtitutiõe permiſſa ſunt. [Alioquin] & loca in quib. huiuſmodi equeſtrib. luditur, publica fiũt, & data reſtituũtur. aut ſi qui dederũt, recipere nolint, per pręfectũ & ꝓuinciarũ præſides exigũtur, atq; ciuitatũ operibus applicãtur.

SCHOLIVM.

Cõſt. 1. tit. 43. lib. 3. Cod. eſt cap. 5. tit. 8. lib. Baſil. 60. quod ſic loquit̃: Cõſtitutio luſus prohibet: ac quinq; exceptis, quaſdã etiã pœnas aduerſus eos q alea ludũt, cõſtituit: præfecto urbis, prouinciarũ pręſidibus & epiſcopis [uti hæc] inquirant, & quicunq; de ijs cõtractus initi ſint, euertant, iniungens. Ex permiſsis autem luſibus actionem, eorumq; quæ inde debentur, exactionem dat.

[*Ac deniq́;*] aduerſus eos qui cõſtitutionem temerari permittũt, decem librarum multam cõſtituit. Conſt. 2. tit. 43. lib. 3. Cod. eſt cap. 6. tit. 8. lib. Baſil. 60. quod ita ad uerbum ait: Conſtitutio ligneorũ equeſtrium (quæ uocantur) [*luſionem*] interdicit: periculũ aduerſus luſores, atq; publicationem aduerſus domos, in quibus huiuſmodi luſus peracti ſunt, depoſcẽs. Victo autem qui ſoluit, [*id quod dedit,*] reſtituitur. Alioqui ſi recuperare nolit, id in eius ciuitatis publica opera expẽdi iubet. Vnde nota, in Baſil. nõ eſſe poſitũ, quòd eorum quæ ex prohibito luſu data ſunt, exactio tricennium excedat. Similiter neque quòd diuites ad unum uſque ſolidum in ludum conſtituant, multaq; alia. Quæ ubi ita ſeſe habent, dicere debes, quòd quæ ex huiuſmodi luſibus actiones [*exiſtunt,*] quemadmodum omnis perſonalis actio, tricẽnio terminentur, atq; in quinq; conceſſis luſib. deponere in certamẽ liceat, quẽadmodum partibus uideatur, non autem ſecũdum ueterem legiſlationem uſq; ad unum [*duntaxat*] ſolidum. Scias porrò, quòd μονόβολον dicatur curſus: κοντομονόβολον, ſaltus: κωυτανὸς κόνταξ ſine fibula, iaculatio ſine fibula, ſiue ferro, à quodã Quinto ita nominata: πόριχτὰ, lucta: & ἱππικὰ, Circẽſes ludi. Cęterùm de equeſtri ligneo aliquãdo coram Imperatorio tribunali [*quædam*] incidit ambiguitas. Nõnulli enim id eſſe dicebant luſum illum, qui frequenter à pueris extra circum peragitur, quum in aurigatione equorũ uice hominibus utuntur. Alij autem id ligneã quandã eſſe fabricam, quę per ligneos gradulos multa per mediũ foramina habentes, protendatur in altum. Qui enim in hoc luſu depoſito pignore certant, quatuor diuerſicolores globulos ſupra gradulos ponentes, [*eos*] per decliue demittunt: & qui globulorum primus per foramina ex ultimo forãmine egreditur, ei qui illum habet, uictoriã defert. Videtur igitur mihi quoq;, alterum hunc ludum à lege auerſabundè uitari & puniri: utpote qui cottum confirmet. Porrò de clericis qui alea ludunt, lege 87. Nouellam Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi.

των, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβλῶναι τὴν διάταξιν. ἡ δὲ β διάτ. τοῦ μγ τιτ. τοῦ γ. βιβλ. τοῦ κωδ. ὅ ἐστι κεφάλ. ς. τοῦ η. τιτ. τοῦ ξ. βιβλ. τῶν βασιλικῶν, λέγουσα οὕτω ῥητῶς· ἡ διάταξις κωλύει τὰ λεγόμενα ξύλινα ἱππικὰ, κίνδυνον ἀπαιτοῦσα κατὰ τῶν παιζόντων, καὶ δήμευσιν κατὰ τῶν οἴκων, ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα γίνονται παίγνια. γίνεται καὶ ἀνάδοσις τῷ ἡττηθέντι καὶ καταβαλόντι· εἰ ἐὰν μὴ βούλεται ἀναλαβεῖν, κελεύει ταῦτα εἰς ἔργα δημόσια τῆς πόλεως ἐκείνης δαπανᾶσθαι. ὥστε σήμαινε, ὅτι ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἐτέθη, τὸ ὑπερβαίνειν τὴν τριακονταετίαν τῆς ἀπαίτησιν τῶν χάριν κεκωλυμένου παιγνίου δοθέντων. ὡσαύτως οὐδὲ τὸ συνθηκίζειν τοὺς πλουσίους μέχρις ἑνὸς νομίσματος, καὶ ἄλλα πολλά. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχουσιν, ὀφείλεις εἰπεῖν, ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν τοιούτων παιγνίων ἀγωγαὶ τῇ τριακονταετίᾳ κλείονται, καθὼς καὶ πᾶσα προσωπικὴ ἀγωγή· καὶ ἐπὶ τῶν πέντε δὲ παιγνίων τῶν ἐπιτετραμμένων ἔξεστι συνθηκίζειν, καθὼς τοῖς μέρεσι δόξει, καὶ οὐ μέχρις ἑνὸς νομίσματος κατὰ τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν. γίνωσκε δὲ, ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος· κοντομονόβολον, τὸ πήδημα· κωυτανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης, ὁ ἀκοντισμὸς χωρὶς πορόνης, ἤγουν σιδήρου, ἀπὸ κυίντου τινὸς οὕτω κληθείς· περιχυτὴ, ἡ πάλη· καὶ ἱππικὴ, τὸ ἱπποδρόμιον. περὶ δὲ τοῦ ξυλίνου ἱππικοῦ ποτε γέγονεν ἀμφιβολία παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι. τινὲς μὲν γὰρ εἶπον εἶναι τοῦτο, τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον, ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ, ἀντὶ ἵππων κεχρημένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν· τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο ξύλινόν τι κατασκεύασμα, διὰ κλιμάκων ξυλοειδῶν ἀνυψούμενον, ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους. οἱ γὰρ συνθηκίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ, βώλους τέσσαρας ἑτεροβαφεῖς ἄνωθεν τῶν κλιμάκων τιθέμενοι, πρὸς τὸ κάταντες ἀπολύουσι· καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βώλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν, ἐκ τῆς τελευταίας ὀπῆς τὴν νικῶσαν δίδωσι τῷ ἔχοντι αὐτόν. ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ β. παίγνιον παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι καὶ κολάζεσθαι, ὡς ἔχον αἰτίαν κότ[τ]ου. περὶ δὲ κυβευόντων κληρικῶν, ἀναγίνωσκε καὶ τὴν πζ. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου λέοντος τοῦ φιλοσόφου.

nium liberis ex eo matrimonio ſuperſtitibus ſeruaturus, ſi [quum mulier] aliquos Imperatoriæ maieſtati inſidiari ſciret, [id] marito ſuo non manifeſtauerit: illam [maritus] de adulterio accuſauerit, & conuicerit: ſi quocunq; modo uitæ mariti inſidias collocauerit, aut alijs id [agentibus] conſcia illi non manifeſtauerit: ſi [unà] cum extraneis uiris nolente marito agitet conuiuia, aut cum [ijs ſe] lauet: ſi nolēte marito extra ædes maneat, non [tamen] apud ſuos parētes, extra quàm ſi ipſe citra dictas cauſas ipſam expulerit. Mulier autem mittit repudium, donationisq; propter nuptias, eius dominium ex eo matrimonio ſuperſtitibus liberis ſeruatura, lucratur, ſi contra Maieſtatem Imperatoriam [maritus] conſilium captauerit, uel eius alijs conſcius, Maieſtati non manifeſtauerit: [ſi[a] quolibet modo maritus uxoris uitæ inſidias poſuerit, aut alijs de hoc conſultantibus ſciens prudensq; non manifeſtauerit] ipſi, nec ſecundum leges uindicare ſtuduerit: ſi caſtitati ipſius, ut adulterio polluatur, inſidiari tentauerit: ſi maritus, ubi uxorem de adulterio accuſauerit, [crimen] non probauerit. His uerò de [cauſis] maritus nō ſolùm donatione propter nuptias multatur, uerumetiam alterum eius trientem ex alijs ſuis bonis [amittit]. [cum] & pœnas ſuſtinet, quas mulier damnata ſuſtentura fuiſſet. Si [maritus] alteri in eadem domo eadem'ue ciuitate cohabitet, & ab uxore aut ab alio admonitus non abſtineat: etiam de hac [cauſſa] trientem donationis ante nuptias alterum [uxor] lucratur, donationem eius matrimonij liberis ſeruatura. Si igitur extra has cauſas maritus repudium miſerit, donationem [propter nuptias] eiusq; alterum trientem perdit. Sin mulier citra rationē repudium mittat, dotem perdit, & inſuper per omnem uitam ſuam in monaſterium conijcitur, bonaq; eius [ita] diuiduntur, ut liberi octo uncias, monaſterium uerò quatuor capiat. At ſi liberi non fuerint, parentes autem [ſint,] qui repudio non conſenſerint, illi uncias quatuor, monaſterium octo capit. Sin uerò conſenſerint, monaſterium uniuerſam ſubſtātiam percipit. Poſſunt autem hæc etiam de uiro citra cauſſam repudiante dici, [idq;] ex Nouella 127. quæ pœnas temerariorum repudiorum æquales, & uirum ſtatutis in mulierem [pœnis] ex æquo obnoxiū eſſe, dicit. Cęterum, ſine damno ſoluitur matrimonium, ſi maritus per trienniū poſt initum matrimonium cum uxore coire nō potuerit: propter uitā monaſticam etiam: & ſi maritus ab hoſtibus captus fuerit, ac an uiuat ad quinquenniū ignoretur. SCHOLIVM. Tit. 2. lib. 25. Dig. eſt in tit. 11. lib. Baſil. 28. Tit. uerò 17. lib. 5. Cod. poſitus eſt in cap. 10. tit. 7. lib. 28. Baſil. Iuſtiniani autē Nouella 117. poſita eſt (ut ſæpius diximus) in lib. 28. tit 7. cap. 1. quæ ſic pro parte habet, ut in textu cōpendioſe propoſitum eſt. De nuptijs Nouella 22. poſita eſt in lib. 28. tit. 4. & 14. Quod [uerò] Nouellæ 127. caput de repudijs differit, nō eſt poſitum in Baſil. ſed magis approbatum eſt cap. 13. Nouellæ 134. quod cap. 4. tit 7. lib 28 eſt, ac temerariorum repudiorū in utraq; parte æquales eſſe pœnas dicit. Nouellæ Iuſtiniani 22. 4. cap. in tit. 7. lib. 28. poſitū, ait: Prædictis cauſsis uiſum nobis eſt nominatim & haſce apponere, ex quib. matrimonia diſſolucre uel citra pœnam licet: atq; cōtinuò cauſſas etiā adducit, uitę monaſticæ nēpe, [& ſiqui] intra triēnium coniugē non attingat, & captiuitatis [cauſſam denique]. Veruntamē ex duabus cauſsis citra pœnā atq; qualēcunq; dationē cōiugiū ſolui, ait: quādo uerò alter coniugum uitā monaſticam ſuſcipit, hæc dicit: Nam hoc caſu iubemus, ut tam uiro quàm mulieri, ad meliora migrāti, ſoluēdi matrimonij ſimul & diuertēdi poteſtas ſit: [prius tamen] breui aliquo deſertæ parti ſolatio derelicto. Quicqd eñ cōtrahentes pacti ſunt, ut poſt mortē alterius lucro cederet, id ab altera obtinere debet pars deſerta, ſiue uir ſiue mulier exiſtat: ꝑpterea ꝙ & iſte (quātū ad cōiugē) mori uideatur, quum alterū uitæ iter pro altero capeſſit. Sed & Nouella Iuſtiniani 123. ſiue 8. cap. 1. tit. lib. Baſil. 4. iubet, ut uter coniugū in mundo relictus eſt, à parte quæ tonſa eſt capiat, quidquid ex morte eius ratione pacti [conuenti] ipſi cōpetiturum fuiſſet. Quod quidē Nouella 22. omnino ad dādam

ex alijs

Hæc in Græcis omiſſa eſſe, ex clauſula patet.

ex aliĳs cauſsis pœnã reſpiciẽs, paruum etiam ſolatiũ nominauit. Siquidẽ quod ex pacto [*datur*] pœna nõ reputatur. Atq; hæc quidem ad hunc [*ſe*] modũ habẽt. Quæro autem, quũ Nouella Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi [a] 117. ob tonſuram mariti uxori [b] donationem propter nuptias nõ dari dicat: ac [*uerò*] Nouella Imperatoris Iuſtiniani [c] 22. quæ ſuperius ſcripta ſunt ſtatuat, repetetúrne à muliere quippiã nomine donationis propter nuptias à marito tonſo [*datæ*,] an nõ? Quondã non ex pacto, ſed ex lege donatio propter nuptias dabatur. Siquidẽ enim mulier dotis nomine dabat, tantundem in cmomunes facultates maritus [d] obĳcere cogebatur: unde etiam ὑπόβολον [(*id eſt, obiectio, oppoſitio, ſuppoſitio, & tanquam contraria obligatio*)] eſt nominatum. Verùm hoc abrogatum eſt, atq; iſtiuſmodi donationẽ propter nuptias maritus hodie nõ dat: ſed ex pacto partẽ aliquã dat, quantã [*uidelicet ſi ipſe*] præmoriatur, uxori [e] pacto promiſerit. Quòd ſi nihil ſe donationis propter nuptias nomine daturũ promiſerit, neq; dare quicquã cõpelletur. Nouellã igitur Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi de donatione propter nuptias, quæ ex ueteri lege cognita eſt, atq; neceſſariò datur: Imperatoris aũt Iuſtiniani de lucro quod ex morte ſecundũ pactũ datˉ, loqui arbitror. Quod ergo ex morte alterius coniugũ ſuperſtiti dari conuenerit, exiget poſt alterius tonſionẽ qui in [*cõmum*] uita relictus eſt, qualecunq; [*tandẽ*] ſit, ac quomodocũq; nũcupetur. Atq; id cõtingit [*quidẽ*] hoc modo, ut ſi mulier tondeatur, maritus ex morte eius [*ſibi*] ſuperſtiti dari promiſſã quantitatẽ, tametſi ὑπόβολον abuſiuè uocetˉ, exigat. TEXTVS. Quod porrò cõſenſu cõiuges inter ſe matrimoniũ dirimere [*poſſint*] dictũ fuit olim. abrogatũ aũt eſt per dictã 117. Nouellã, ſed poſtmodũ renouatũ ab Imperatore Iuſtino. Planèq; maritus indotatã uxorẽ citra rationẽ eĳcit, dat illi puræ ſubſtãtiæ ſuæ quadrantẽ. At ſi fortè plures tribus liberi ſint, nõ quadrantẽ, ſed unius liberorũ portionẽ [*illa*] accipit. Nõ poteſt aũt, quod illi datur, centũ auri libras excedere. Huic [*dationi*] tamẽ [f] quæ dotẽ non intulit mulier, ſi citra rationẽ à marito diuertat (quomodo eadẽ 117. Nouella [*tradit*]) nõ eſt obnoxia. SCHOLIVM. Conſt. 9. tit. 17. lib. 5. Cod. conſenſu matrimoniũ ſolui ſtatuit, quæ in Baſil. non eſt. Sed neq; [*illud*] 117. Nouellæ cap. quod conſenſu [*faciendas*] matrimonĳ diſſolutiones abrogat, in Baſil. poſitũ eſt, ſed pro eo poſitũ eſt Nouellæ 134. cap. 13. quod eſt cap. 4. tit. 7. lib Baſil. 28. quod cum Imperatoris [g] Iuſtiniani 117. legiſlatione idẽ ualet. [h] Eſt aũt Nouella Iuſtiniani 140, quæ nullo modo in Baſil. poſita eſt. Quòd aũt indotata uxor ex maritalib. bonis, quũ ille [*ipſam*] citra rationẽ repudiat, quadrãtẽ capit, eſt pars Nouellæ Imperatoris Iuſtiniani 117. ſed neq; hæc in Baſil. poſita eſt. TEXTVS. Vſqueadeò aũt matrimoniorum diſſolutio impediri nequit, ut lib. 45. tit. 1. digeſt. 19. dicatur: Quòd ſi quis coniugũ pœnã ſpopõderit, ſi culpa ſua diuortiũ fiat, [*promiſſio*] nõ ualet. Sufficit enim in talib. à lege cõſtituta pœna: niſi ſi ſtipulatio tantundẽ cõprehẽdat. & eiuſdẽ tit. digeſt. 134. Nõ rectè ſtipulor ab aliqua pœnã, ſi mihi nõ nubat. neq; itẽ quæ mihi iam nupta eſt, ab ea pœnã ſtipulari poſſum, ſi diuortiũ fecerit. Eadẽ etiã de muliere à marito ſtipulãte [*intelligẽda ſunt*] & lib. 8. Cod. tit. [i] 38. conſt. 2. Inualidè quis paciſcitur, ne ſibi diuortiũ facere nõ liceat: & quæ pœna in hac ſtipulatiõe cõſtituta eſt, irrita eſt. SCHOLIVM. Dig. 18. tit. 1. lib. Dig. 45. eſt cap. 18. tit. 1. lib. 43. Baſil. quod ſic habet. Irrita eſt ſtipulatione cõſtituta pœna, ſi culpa alterius cõiugũ diuortiũ factũ fuerit, ut ne priuatorũ hominũ pactis pœna publica perimatur. Quæras lib. 29. tit. 5. cap. 5. & tit. 6. li. 43. cap. 2. & thema 3. cap. 97. tit. 1. li. 43. & thema 1. cap. 134. eiuſdem lib. & tit. & thema 2 cap. 121. & lib. 2. tit. 2. cap. 243. & lib. 28. tit. 7. cap. 7. 8. 9. Digeſt. 134. tit. 1. lib. 45. Digeſt. eſt cap. 134. tit. 1. lib. 43. Baſil. quod habet quemadmodum in textu ſcriptum eſt. Chumnus [k] in margine Scholiũ adſcripſit, quod [l] paucis [*illud*] cap. interpretatur: & docet, quãdo de futuro matrimonio cõſcriptæ [m] obligationes efficaciã habere debeãt, & quãdo nõ. Verùm tu illi Scholio ne auſcultaueris: ſed notes ex hoc cap. quòd matrimonio

a *Nõdum ergo habemus plenũ Nouellarũ numerum.*
b ὑπόβολον.
c *Pro* ϱ β *lego* κ β.
d ὑποβάλλειν.
e συμφωνήσει.
f ἀπροίκῳ.
g *Non Iuſtini, ut Græcus.*
h *Mẽdoſus hic locus eſt.*
i *In lib. noſtris* 39.
k ἰσχυρ.
l τάχα.
m ἀσύμφωνα.

a δεσμωτικὰ ἔγγραφα. rum [a] obligatoria inſtrumenta, ſi quidē à ſolis futuris coniugibus confecta fue-
rint, qnantū ad pœnam ob illorum tranſgreſsionem exigendam, inualida ſunt:
ſi uerò ab alijs quibuſpiā efficaciam habeāt, & ſi culpa utriuſcunq; futurorū cō-
iugum matrimonium perfectū non fuerit, ab eo qui ſe effecturum, ut ille matri-
monium ineat, promiſerit, pœna exigatur. Quæras etiā Palęum [in] cap. 1. tit. 1.
lib. 28. & cap. 14. & 15. eiuſdē lib. & tit. Conſt. 2. tit. 38. lib. 8. Cod. eſt cap. 2. tit. 6. lib.
43. quod habet ut in textu ſcriptū eſt. Atq; in his [quidē] ciuilis lex [uertitur.] Scias
uerò quòd ſæpenumerò quæſitum ſit, an qui iſtiuſmodi obligatoria de nuptijs
b ἀσυστάτῳ. inſtrumēta, aut etiā in [b] infirmis ſponſalibus, [c] nuptiales pactiones cū muliere
c γαμήλια. aliqua [d] interpoſuit, poſtquā obligatoria inſtrumēta, uel pręter ius [inita] ſpōſalia
d θέμενος. reprobarit, aliam uxorē ducere, aut in presbyteri [e] ſtatum euehi poſsit. Tu igi-
e τόπον. tur dic, quòd ſi perſona, quæ ei qui ſacerdos fieri uult, deſpōſa eſt, tēpore repro
bationis inſtrumentorū ſextū annū exceſſerit. nō permittetur ei qui inſtrumēta
f παράνομον. uel [f] à lege nō confirmata ſponſalia [g] interpoſuit, ut alteri mulieri coniungatur,
g ἐνδιάμεσον. aut ſic ſacerdos fiat, tanquā bis matrimoniū cōtraxiſſe reputetur: [idq;] propter
concupiſcētiam, & quòd mulier amoris capax ſit. Si uerò quum pacta reproba
rentur, perſona illa ſex annis minor fuerit: firmiter talis alteri mulieri cōiunga-
tur, aut ex eo tempore ſacerdos fiat. Aſtruas uerò hæc etiā ex nouella legislatio
ne Imperatoris Dn. Alexij Cōneni, quæ legitima ſponſalia inſolubilia eſſe ſta-
tuit: & iubet, ut ſi ſpōſalia, tanquā legitimis tēporibus nō facta, ſolui contingat,
h παρανόμως. facultatem non habeant cognatæ eorum, qui [h] aduerſantibus legibus in cōiu-
gij ſocietatem coniuncti fuerant, prohibitæ perſonę, ut [cum illis] coniungantur.
Quam [quidem] Nouellam cap. 2. præſentis tituli inſertam etiam legas.

DE FORNICATIONE, ADVLTERIO, STVPRO *& pædicatione.* Cap. V.

APoſtolorum canon 61. Concilij Ancyrani canon 8. Concilij Neocęſarien-
ſis canon 8. Concilij ſexti canon 86. 87. Baſilij canon 7. 18. 21. 22. 25. 26. 30.
34. 37. 39. 41. 58. 59. 62. 77. Gregorij Nyſſeni canon 3. TEXTVS. De ſtupro,
adulterio, atq; pædicatione tractat lex in lib. 9. Cod. tit. 9. & lib. 48. titulo 5. talia
i τὸ μοιχικὸν. delinquentibus pœnam inducens capitalem. Vbi [etiam] dicitur, quòd [i] adulte-
rij accuſatio non ſolùm ob ſtupratam legitimam cōiugem, uerumetiam de in-
ſtabili atque illegitimo matrimonio & ſponſalibus, & de concubinatu inſti-
tuatur. SCHOLIVM. Tit. 9. lib. 9 Cod poſitus eſt in cap 47. tit. 37. lib.
Baſil. 60. & tit. 5. lib. Digeſt. 48. poſitus eſt in cap 3. tit. 37. eiuſdem 60. libri. Cuius
tit. diuerſa cap. legas. quæ multa iſtiuſmodi docent, cuiuſmodi compendioſè
ſunt propoſita. Verùm quòd adulteri, pædicones, aut ſtupratores capitali ſup-
plicio afficiantur, nō eſt poſitum in Baſil. ſed 73. cap. dicti 37. tit. ait: Adulteri uer
k μέσοι. berati & tōſi naribus mutilātor: qui uerò [k] internūcij atq; adminiſtri in [l] impio
l ἀσεβήματι. illo ſcelere fuerint, uerberati & tonſi in perpetuum exilium mittuntor. Nouella
autē Imperatoris Iuſtiniani 134. ſiue eius 12. cap. quod in tit. 7. lib. 28. poſitum eſt,
circa initium hęc dicit: Si de adulterio maritus putet ſuam cōuinci poſſe uxorē,
cōuenit, ut maritus prius cōtra uxorē, aut etiā adulteriū in crimē ſubſcribat. Et
ſi quidē adulterij crimē manifeſtè probatū fuerit, tūc trāſmiſſo libello repudij,
iubemus, ut illæ pœnę delinquētib. irrogētur, quas pręſcribūt leges: illis quoq;
legitimas ſuſtinentibus pœnas, qui quidē uel internuncij uel miniſtri tam im-
pio crimini extiterunt. [Præterea] de ſubſtantia adulterij, ſi uxorem habeat, dos
m Negatiuam ei donatioq; ante nuptias conſeruetur: aut ſi dotalia inſtrumenta [m] [non] inter-
particulam de- uenerunt, portio quę noſtra defertur lege. Reliquam eius ſubſtantiam deſcen-
ſiderari, luce dentes aut aſcendentes (ſi qui ſunt) uſq; ad tertium gradū, capiant ſecundū or-
clarius eſt. dines & gradus ſuos. Si nulli huiuſmodi ſuperſint, fiſco hæc addici iubemus.
Mulier uerò quæ adulteriū cōmiſit, cōpetentib. ſubdita pœnis, in monaſteriū
conijciatur:

cōñciatur:& [*ſic*] deinceps, quę Patriarcha in cōpendium cōtraxit. Legas [*uerò*] etiā Nouellā Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi 32. quę quid adultero & adulteræ fieri debeat, ſtatuit. Proinde de [a] inceſtu cap. 76. tit. 37. lib. 60. hęc dicit: Inceſti, ſiue parētes cū liberis, ſiue liberi cū parētib. ſiue fratres cū ſororib. [*ſe cōmiſceāt*] gladio puniūtor. Qui uerò in alia cognatiōe ſe inuicē [b] inceſtarint, puta pater & filij uxor, aut filius & patris uxor ſiue nouerca, aut uitricus & priuigna, aut frater & fratris uxor, aut patruus & ex fratre neptis, aut ex fratre nepos & amita, aut [*extraneus*] & duę ſorores, aut [*extraneus*] & mater unà cū filia: hi & mares & fœminę (ſi [*quidē*] ſciētes [*ſeſe*] cōmiſcuerint) uerberati naribus mutilātor. Similiter etiā 77. cap. dicit: Si patrueles horúmue liberi, nec ultra: [*inter ſeſe*], uel pater & filius cū matre & filia, uel duo fratres cū duabus ſororib. uel duo fratres cū matre & filia, uel ex fratre nepos cum patrui ſui quondā uxore, ſiue patruus cū nepotis ex fratre quondam uxore, matrimonio coniungantur, alioquí ue carnaliter commercium habeant: ſupra ſeparationem uerberantor. [*Et*] cap. 78. ait: Qui cum monachis, diaconiſsis, aut aſcetrijs libidinem exercent, tanquam qui eccleſiam ſponſam CHRISTI coinquinent, & ipſi & quę cum ipſis ſe contaminēt, naribus mutilātor. Cap. autē 79. Qui, inquit, cum [c] cōcubina filij ſui aut matrimonij pretextu [*ſe*] cōmiſcet, aut alioqui clam commerciū habet, unà cum ipſa naribus mutilator: ut tamē prius à ſe inuicē ſeparētur. Verùm ſi cū [d] filij cōcubina maritata id perpetret, pœna eodē modo procedito, atq; [*ille*] inſuper uerberātor. Legas etiā 6. thema cap. 10. tit. 5. lib. Baſil. 28. quod ait: Qui uirginē aut uiduā rapuit, hāc neq; cōſentiēte ipſius patre ad delictū condonāte, ducere uxorē poteſt. Cęterùm qui de ſancto baptiſmate aliquā ſuſcepit, nō poteſt ipſam poſtmodū in matrimoniū aſſumere: quippe quę tanquā ipſius filia facta ſit: neq; [*item*] eius matrē aut filiā: quin neq; ipſius filius. Quādoquidē nihil aliud perinde paternū affectū iuſtumq; matrimonij impedimentū introducere poteſt, atq; hoc uinculum, quo animæ ipſorū mediante Deo coaleſcunt. Lege eiuſdem lib. & tit. cap. 3. thema 2. & 3. & cap. 11. & lib. 7. tit. 8. cap. 4. & lib. 45. tit. 2. cap. 6. thema 3. & cap. 10. thema 2. & 3 & lib. 2. tit. 3. cap. 8. & cap. 197. TEXTVS. Proinde fornicatio non laudatur quidē à ciuili lege, neq; tamen prohibetur. Etenim dicitur lib. 12. tit. 5. Digeſt 4. Quod meretrici datur, nō redditur. Quum enim meretrix ſit, nō turpe eſt ipſam accipere, tametſi meretricem eſſe turpe ſit. Et lib. 39. tit. 5. digeſt. [e] 6. quòd etiam ob inhoneſtam cauſſam rectè donetur, ueluti [*ſi*] meretrici [*quippiā detur*]: atq; [*id*] ratū ſit. Et lib. 47. tit. 2. digeſt. [f] 39. Qui alienā ancillā meretricem rapuit, aut celauit: neq; tāquam plagiarius, neq; tanquā fur tenetur. Nō enim furti, ſed libidinis cauſſa id fecit. Nam ſi quis fores meretricis effregerit, & alij ingreſsi, non [*autem*] ab ipſo inducti, res eius furati fuerint: [*is*] non tenetur tanquā fur. SCHOLIVM. Digeſt. 4. tit. 5. lib. 12. eſt thema 2. cap. 5. tit. 2. lib. Baſil. 24. quod eadem dicit. Digeſt. 6. tit. 5. lib. 39. eſt cap. 5. tit. 1. lib. Baſil. 47. quod habet, ut in textu compendioſè propoſitum eſt. Digeſt. 39. tituli 2. lib. 47. eſt cap. 39. tituli 12. lib. 60. Baſil. quod habet, quemadmodum declaratum eſt. Rectè autem dixit, quòd qui alienam ancillam meretricem rapit, non teneatur tanquam plagiarius, ſiue in metallum non condemnetur, ut eſt in Baſil. Nam qui ancillam quæ meretrix non eſt, rapit, in metallum condemnatur. [*cuius rei cauſa*] lib. 60. totum 38. tit. quæras. TEXTVS. Dicit uerò etiam lib. 38. tituli 8. quòd [g] uulgò quæſiti non modò matri, ſed etiam cognatis materni generis [h] ſuccedant, & [*ipſis*] ab his [i] ſuccedatur. Illuſtris autem [*mulier*] quæ liberos legitimos & ſpurios habet: non poteſt ſpurijs, neq; [k] inter uiuos, neq; quum moritur, quicquā ſuppeditare: quomodo lib. 6. C. tit. [l] 57. Conſt. 5. [*tradit.*] Planè [m] uulgò cōceptus neq; patrē habere dicitur: quēadmodū lib. 1. tit. 5. dig. 25. Porrò cōcubinatus legitimus eſt, & eas ſine crimine cōcubinas habere poſſumus, in quas illicita nō cōmittuntur: ueluti [*fit*] in cōcubina patris, uel aui, aut

in

---

a ἀθεμίτως.
b συμφθαρῶσιν.
c συνήθως.
d ὕπανδρον οὖσαν.
e In lib. noſtris 5.
f In noſtris 40.
g πορνογενεῖς.
h κληρονομῶσι.
i κληρονομῆται.
k ζῶντα.
l In lib. noſtris 56.
m ὁ ἀπὸ πορνείας.

a In noſtris 56. in filia ſororis: ut lib. 25. tit. 7. & lib. 23. tit. 2. digeſt.[a] 55. & lib. 48. tit. 5. digeſt.[b] 11. [do-
b In noſtris 13. cent.] In concubinatu autem eſſe poſſunt libertinę, & ingenuę obſcuro loco na-
tæ. Qui uerò ingenuam [eandem] & honeſtam in concubinatu habet, conteſta-
tionem ſuper hoc facere debet: alioquin uxorē ipſam habet, uel ſi hoc recuſat,
c ἀθέμιτον. [c] ſtuprum cum ea committit. nam concubinatus nomen à legibus agnoſcitur.
unde lib. 6. Cod. tit. 57. cōſt. 5. dicitur, quòd [mulier] libera, quæ legitime cum ho-
mine libero in concubinatu eſt, [liberos] ex illa conſuetudine natos, cum legiti-
mis liberis heredes habitura ſit. Breuiter, permulta [de] concubinarum liberis,
d νόθων. ſiue [d] illegitimis & naturalibus lex in Cod. & Nouellis complectitur, docens,
e γνήσιοι. qui nam [illi] ſint, & quomodo patri [e] legitimi fieri, & quādo ac quātum ex pa-
ternis bonis percipere poſſint. SCHOLIVM. Tit. 8. lib. 38. Dig. poſitus eſt
f διακατοχή. in cap. 6. tit. 2. lib. 45. Baſil. atque ait eiuſdē tit. cap. 7. Hęc [f] bonorum poſſeſſio om-
nes uocat cognatos, licet [iure] ciuili non uocentur. Vnde & uulgo quęſiti fra-
tres inter ſe, & in [bonis] matris, cognationis ſubſidium habent, & mater in illo-
rum [bonis]. Eadem quoque de ancilla pręgnante manumiſſa dicimus. Et cap. 9.
g πορνογενῶν. [g] ſpurij hereditas ad cognatos paternæ ſtirpis non pertinet. nam patrem non
h ὁμομητρίοις. habet. Eius autem matri, [h] eademque matre natis fratribus [i] proximitatis ſubſidiū
i συγγενικὴ βοή-θεια. datur. Atque hęc quidē aiunt leges, eorum differentiam qui [k] per fornicationem
coniunguntur docentes, ac ſpurijs ſuccedi à maternæ ſtirpis cognatis: patrem
k πορνικῶς. autē, aut paternę ſtirpis cognatos, ipſos nō agnoſcere: ſed ex una duntaxat un-
cia illegitimū filiū patri heredem fieri dicētes. Verùm [quæ] de nuptijs [tractant]
l τὴν πορνι-κήν. leges atque canones, & agnoſcunt [l] ex fornicatione cognationē, & qui ex forni-
catione [inuicem ſe] contingunt, cognatos, ſi inceſtum committant, tanquam le-
gitimos cognatos puniūt. Quorſum legas in 5. cap. poſitos canones, & Nouel-
lam Imperatoris Iuſtiniani 118. quę eſt in fine tit. 3. lib. Baſil. 45. Conſt. 5. tit. 57. lib.
6. Cod. eſt cap. 42. tit. 1 lib. Baſil. 45. quod dicit: Si qua illuſtris mulier filium ex
iuſtis nuptijs procreauerit, & alterum ſpurium habuerit, cui pater incertus ſit:
quemadmodum res maternæ ad eos perueniant, ſiue tantummodo ad liberos
iuſtos, ſiue etiā ad ſpurios, dubitatur. Sācimus itaque, ut neque ex teſtamēto, neque
m ἐν ζωῇ. ab inteſtato, neque ex liberalitate [m] inter uiuos habita, iuſtis liberis exiſtentibus,
aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perueniat: quum in mulieri-
bus ingenuis & illuſtribus, quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum
eſt, nominari ſpurios, ſatis iniurioſum, ſatisque acerbū, & noſtris temporibus in-
dignum iudicemus: & hanc legem ipſi pudicitiæ, quam ſemper colendam cen-
ſemus, meritò dedicamus. Sin autem concubina liberæ conditionis cōſtituta,
filium aut filiam ex licita conſuetudine cum homine libero habita procreaue-
rit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna uenire bona, quæ illa iure legiti-
mo & in patrimonio ſuo poſſidet. nulla inuidia eſt. Digeſt. 23. tit. 5. lib. 1. Dig. eſt
cap. 19. tit. 1. lib. 46. quod ait: Qui ex legitimo matrimonio natus eſt, patrem ſe-
quitur, uulgò quæſitus autem, matrem. Et 24. cap. eiuſdem lib. & tit. Qui nō ex
legitimo matrimonio naſcitur matrem ſequitur: niſi lex ſpecialis aliud quidpiā
ſtatuat. Tit. 7. lib. 25. Dig. non eſt poſitus in Baſil. Tit. 5. lib. 48. Dig. eſt in lib Ba-
ſil. 60. tit. 37. Digeſt. autem 11. non eſt tranſcriptum. Verùm ait thema 2. cap. 1. tit.
37. lib. 60. Qui mulierem honeſtam & ingenuam in cōcubinatu habet, neque per
cōteſtationem hoc manifeſtum facit, uel uxorem eam habet: uel ſi hoc recuſat,
n ἀσέλγειαν. [n] ſtuprum, atque adeò adulterium cum ea committit: dum uidelicet corpore ſuo
o αὐθεντήσασα. quæſtum [illa] non fecerit. Conſt. 5. tit. 57. lib. 6. Cod. non eſt integra poſita, [o] cu-
ius initium eſt cap. 42. tit. 1. lib. 45. Baſil. cap. 2. Nouellæ Iuſtiniani 12. & cap. 13.
[Nouellæ] 18. & Nouella 19. & cap. 3. 78. & cap. 3. 89. Nouellarum Imperatoris Iuſti-
p Pro ἐννόμων lego ἐξ ἐννό-μων. niani, & alia cap. quæ de ijs docent, qui [p] ex legitimis [poſtmodum uxoribus, aut] e-
tiam ex concubinis [nati], & ex nothis legitimi filij [fiunt:] poſita ſunt in tit. 1. & 2.
lib. 32. Baſil. quos legas. TEXTVS. Proinde & ancillas noſtras in concu-
binatu

binatu habere poſſumus. Dicitur namq; lib. 6. tit. 4. conſt. 4. quæ [*ancilla*] domini ſui legitimã uxorem non habentis, uſq; ad mortem eius concubina fuerit, [*eam*] cum liberis ſuis in ingenuitatem rapi, & ſupra legitimam portionem peculium, quod quum dominus moreretur habebat, capere: neq; liberos, aut hæredes, aut cognatos defuncti in illam ius patronatus habere. Et lib. 7. eiuſdem Cod. tit. 15. conſt. 3. ait: Qui ancillam ad mortem uſq; in concubinatu habet: poteſt dum uiuit, de illa, & qui [a] fortè ex ipſa nati erunt, quod uiſum fuerit, ſtatuere, & in ultima uoluntate nominatim alij hęredi relinquere. Sed ſi moriēs nihil dixerit, in libertatem [*illa*], & qui fortè ex ea nati fuerint, eripiuntur: dummodo [*tamen*] defunctus legitimam uxorem non habuerit. Etenim qui uxorem habet, neque liberam, neque ſeruam in concubinatu habere poteſt. Planè adulterij accuſatio ob ſtupratam concubinam etiam inſtituitur: quomodo lib. 48. tit. 5. digeſt. [b] 12. [*&*] 13. [*docent*]. Cæterùm concubina eſt, quæ legitimè cum aliquo ſine nuptijs uiuit: & quæ minus honeſta eſt, [c] pellex uocatur: ut lib. 50. tit. 16. digeſt. 144. [*traditur*] SCHOLIVM. Conſt. 4. tit. 4. lib. 6. Cod. eſt thema 4. cap. 28. tit. 1 lib. 41. quod habet, ut in compendio propoſitum eſt. Conſt. 3. tit. 15. lib. 7. Cod. eſt cap. 3. tit. 19. lib. 48. quod ſic dicit: Si quis uxorem non habens, cum ancilla [*ſua*] conſuetudinem habeat, ac cum illa ad mortem uſque permaneat, neque quicquam de illa in teſtamento ſuo dicat, ſiue liberos ex ea habeat, ſiue non, illa libera euadit. Quum autem liberam illam fieri, ex præſenti cap. audis: liberos eius ſeruituti obnoxios eſſe ne exiſtimes. Nam & ipſi liberi fiunt, quomodo ſuperius cap. lib. 41. & præſentis cap. ueteres [*leges*] aiunt. Digeſt. 12. & 13. tit. 5. lib. 48. non ſunt poſita in Baſil. Digeſt. 144. tit. 16. lib. 50. Digeſt. eſt cap. 1444. tit. 2. lib. 2. Baſil. quod ſic habet: Concubina eſt, quæ cum aliquo in domo eius extra legitimas nuptias uiuit. Minus autem honeſta, [d] amica appellatur.

a ὡς εἰκὸς.
b In lib. noſtris ſolùm 13.
c παλλακὴ.
d φίλη.

SI LAICI VXOR ADVLTERIVM PASSA SIT. *Cap.* VI.

CONcilij Ancyrani canon 20. Concilij Neocæſarienſis canon 8. Lege quæ annotata ſunt in cap. 32. tit. 1. præſentis Operis.

DE STVPRO ET NVPTIIS VIDVAE. ET, QVAE VIDVA dicatur. *Cap.* VII.

BAſilij canon 18. 24.

DE IIS QVI MATRIMONII CAVSSA MVLIERES *rapiunt, aut uiolant, aut uirgines conſtuprant. Et, de ijs qui illis conſcij ſunt.* *Cap.* VIII.

APoſtolorum canon 67. Concilij Ancyrani canon 11. 25. Concilij Chalcedonenſis canon 27. Concilij ſexti canon 92. Baſilij canon 22. 30. 33. 38. 53. Legas quæ annotata ſunt in cap. 30. tit. 9. præſentis Operis.

DE HIS QVAE PRAETER VOLVNTATEM PARENtum *aut dominorum nubunt.* *Cap.* IX.

BAſilij canon 38. 41. 42. TEXTVS. Qui quæ'ue in alterius poteſtate ſunt, non poſſunt legitimè matrimonium cõtrahere, non conſentiente eo qui illos in poteſtate habet: ut lib. 5. Cod. tit. 4. & lib. 23. tit. 2. [*traditur*]: extra quã ſi [*quis*] filiam uigintiquinq; annos natam [*in matrimonium*] elocare differat. Tunc enim [*illa*] liberæ conditionis homini ſeipſam [*matrimonio*] iungere poteſt: quemmodum quæ de ingratitudine hæredum [*tractat*] Nouella 115. [*docet.*] SCHOLIVM. Tit. 4. lib. 5. Cod. poſitus eſt in cap. 27. tit. 4. lib. Baſil. 28. Quale tamen cap. [e] in Textu ſcriptum eſt, nullum in toto [*illo*] tit. eſt. Quòd autem qui quæ'ue in poteſtate ſunt, citra conſenſum eius qui eos in poteſtate habet, legitimè matrimonium cõtrahere nõ poſſint: [*id uerò*] ex multis cap. manifeſtũ eſt. Tit. 2. lib. 23. Dig. eſt in cap. 1. tit. 4. lib. 28. atq; eiuſdē tit. cap. 2. ait: Nõ cõſiſtunt nuptiæ, niſi

e ὅτι.

DE LAICIS, QVI COMEDVNT IDOLIS IMMOLATA, *uel carnes in ſanguine, uel ſuffocata, uel à beſtijs capta, uel morticina.* Cap. XIII.

APoſtolorum canon 63. Concilij Ancyrani canon 3. Concilij Gangrēſis canon 2. Concilij ſexti canon 67. Gregorij [a] miraculis clari ex epiſtola de co- a θαυματουργοῦ.
medentibus idolis immolata, Baſilij canon 81.

DE LAICO IMPERATOREM CONTVMELIA *afficiente.* Caput XIIII.

APoſtolorum canon 84. Lege quæ annotata ſunt in cap. 36. tit. 9. præſentis Operis.

DE ORTHODOXIS, QVI AB HAERETICIS AVT *Iudæis benedictiones accipiunt, uel cum illis feſtos dies agunt, uel cum Iudæis ieiunant. & Quòd ſabbati die feriandum non ſit, ſed quoad eius fieri poteſt, Dominica. & De ijs qui in monaſterijs aut eccleſijs hæreticorum orant.* Cap. XV.

APoſtolorum canon 65. 70. Concilij Laodiceni canō 9. 29 32. 34. 37. 38. 39. Cōcilij Carthaginēſis canon 60. 38. 39. Lege quæ annotata ſunt in cap. 15. tit. 3. præſentis Operis, & cap. 4. tit. 7.

DE LAICIS, QVI CLERICOS MONASTERIORVM, *ptochiorum, aut martyriorum ſolicitant, ne ſub poteſtate epiſcoporum maneant.* Cap. XVI.

COncilij Calcedonenſis can. 8.

DE LAICIS, QVI EXCOMMVNICATIS VEL [b] SCHISma *facientibus presbyteris [c] adhærent, & ſine* [conſenſu] *epiſcoporum ſuorum altaria erigunt.* Cap. XVII. b ἀποσχισθεῖσι c προστιθεμένων.

APoſtolorū canō 31. Lege quæ annotata ſunt in cap. 14. tit. 9. præſentis Operis.

DE PERIVRIS. ET, IN CVIVSMODI [CASIBVS] *eos qui iurant, non rectè iurare oporteat.* Cap. XVIII.

BAſilij canon 10. 17. 29. 64. 82. TEXTVS. De periuris dicitur in lib. 12. tit. 2. & lib. Cod. 4. tit. 1. Atq; generalis quidem ſermo uult, ne [in] periuria inquiratur. Sunt tamen quædam exceptiones. Dicitur ēm lib. 12. tit. 2. digeſt. 31. In dubijs [*cauſsis*] ſolet iudex iuſiurandum deferre, & ſic [*deinde*], iudicare. Si igitur eo modo cōdemnatus, poſtmodū [*ſe*] [d] inſtrumēta inueniſſe icat. iiſq; ſolis uti ue- d ἀναλαμβάνεται.
lit, [e] ex integro cauſſam agit. Quòd ſi aduerſarius iuſiurandū deferat, nō retractatū cōtrouerſia. SCHOLIVM. Tit. 2. lib. 12. Dig qui de iureiurādo, ſiue [1] uo- e ἄκυρον ποιεῖ.
lūtario, hoc eſt delato, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali docet, eſt in principio tit. 5. lib. 22. Baſil. & ait 4. thema cap. 3. Mulier iurans ſe prægnantem eſſe, mittitur in f προαιρετικῶ.
poſſeſsionem: neq; poſt [*præſtitum*] iuſiurandum conuenitur, quaſi [g] calumniæ g κατὰ συκοφαντίαν.
cauſſa in poſſeſsionem miſſa ſit: neq; in poſſeſsione uim patitur. Sed ſi aduerſarius ipſam non prægnantē eſſe iurauerit, non mittitur. Verùm ex huiuſmodi iureiurando non præiudicatur quæſtioni de partu. Alterius nanq; iuſiurādum alteri neq; prodeſt neq; obeſt. Et tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. 43. eiuſdem 5. tit. lib. 22. Baſil. & ait: Cauſſa iureiurando ex conſenſu utriuſq; partis, uel aduerſario inferente, præſtito, uel remiſſo, deciſa: nec periurij prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur. Digeſt. 31. tit. 2. lib. 12. Dig. eſt cap. 31. eiuſdem 5. tit. lib. 22. Baſil. ac dicit, quæcunq; compendioſè propoſita ſunt. TEXTVS. Eſt tamen lib. 4. Cod. tit. 1. conſt. 13. inuenire, etiam iuſiurandū deferente aduerſario præſtitum retractari. Ait enim: Si qui legatum exigeret, quum teſtamentum non appareret, hærede deferente, deberi ſibi iurarit, & acceperit: [*ac*] uerò poſtmodum [*inuento teſtamento*] nihil ei derelictū fuiſſe: aut derelictum quidem, ſed propter Falcidiam non totū capere debuiſſe, deprehēſum fuerit: reddit. SCHOLIVM. Meminimus [h] ſuperiùs legis, iuſiurandum præſtitum h ἐπιδοθέν.
non retractari docentis, Item & alterius legis meminimus, nempe cap. 31. tit. 5.

lib.22. [ſimiliter] præſtitum iuſiurandum non retractari, docentis. At ſancti Baſilij permulti canones periuros ualde puniri ſtatuunt. Quærendum eſt igitur, quando præſtitum iuſiurandum retractetur, ut aduerſus peierantes canonicæ pœnæ locum habeant: & quãdo non. Dicimus itaq;, propriè quadruplex eſſe iuſiurandum: uoluntarium [nempe], quod uidelicet de uoluntate partium extra iudicium præſtatur: neceſſariũ, quod deferente actore, & ex [a] interloquutione iudicis datur: iudiciale, quod ex ſententia iudicis uel inuitis litigatorib. controuerſiam decidit: & [iuſiurandum] in litem, quod litigioſæ rei precium, quãdo illa dolo contumacia'ue rei non datur, in certã quantitatẽ redigit. Eſt [tamen] etiam iuſiurandum, [quod] propter calumniam [datur.] Ac uoluntarium quidem nunquam retractatur. Neceſſarium uerò in uno eoq; ſolo caſu retractatur, nempe ultimi cap. tit. 5. lib. 22. Baſil. Nam tametſi Gobidas & Stephanus, quũ interpretantur cap. 31. tit. 5. lib. 22 ſolum uoluntarium nõ retractari dicant: tu tamen illi Dig. aſcriptæ interpretationi ne auſcules. Etenim 43. cap. tit. 5. lib. 22. quod eſt conſt. 1. tit. 1. lib. 4. Cod. ad hunc modum ait: Cauſſa iureiurando ex conſenſu utriuſq; partis, uel aduerſario inferente, delato & præſtito, uel remiſſo deciſa, nec periurij prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hac lege excipiatᷣ: ſuſtulit Gobidæ & Stephani ad Dig. cõſcriptam interpretationẽ. Reliquæ autẽ iuriſiurãdi [ſpecies], quemadmodum id memoratum 31. cap. ait, nouis inſtrumẽtis repertis retractãtur. Hæc igitur quũ ita [ſeſe] habeãt, quodcunq; iuſiurandũ retractari, quò ſi qui fortè periuri inueniantur, canonicis pœnis plectãtur, ne dixeris. Sed illos ſecundum legum [b] tenorem, tãquam periuros [canonicis] pœnis feriri dicas, qui ex iuriſiurãdi retractatione cõdemnãtur. Atq; ad hunc [quidem] modũ canones [cũ legibus] cõcilia. Nã neq; ſanctus Baſilius in iureiurãdo quod ex cõſenſu datᷣ, de periurio tractat: ſed eos q iurarint, Deũ uindicẽ habere [c] aſſerit, atq; in reliquis [caſibus] quæſtionẽ de periurio inſtituit, & pœnas proponit. [Cæterum hinc] mihi excipias, quod à nõnullis per [d] puſillanimitatẽ, nõ [autem] ad delationem aduerſarij, neq; ex iudiciaria neceſsitate præſtatur iuſiurandũ: puta, quando quis [ſe aut] non eſurum carnes, aut Hieroſolyma profecturum, aut aliud boni quippiam facturũ iurat, nec id facit: ſimiliter etiã quando quis hoc aut illud malum [ſe] facturũ cum iureiurãdo negat, & facit nihilominus. Tunc enim tanquam periurus non puniendus, ſed quomodocunq; à loci epiſcopo [uelut adhibita medicina] curandus erit. Conſt. 13. tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. ult. tit. 5. lib. 22. Baſil. atq; explicata eſt [e] ſuperiùs. TEXTVS. Itẽ quæ de iudicialis iuſiurandi [f] puritate tractat Nouella 124. retractandi, ſiue iurati mendacium arguendi poteſtatem facit. Quin & lib. [g] 12. tit. 2 digeſt. 13. dicitur: Qui in re pecuniaria [ſe] non debere, aut [ſibi] [h] deberi per principem iurauerit, & fortè peierauerit: uel intra [i] certum tẽpus [ſe] daturum, [nec fecerit]: fuſtigatur. Et lib. 2. Cod. tit. [k] 4. conſt. 41. Qui maior annis tranſactionẽ, per Deum aut Principẽ iurãdo libera uolũtate cõfectam, Principem uel magiſtratus interpellando, aut quæ placuerint nõ faciẽdo, tranſgreditᷣ: infamia notatur, & actione ijſq; quæ ex trãſactione lucraturus erat, excidit, atq; [inſuper] conſtitutã pœnã dat. [Qui uerò in pactis] perſtiterint, omnia capiũt. Et cõſtit. 42. Si ex falſis inſtrumẽtis pactũ aut trãſactio inita fuerit, quãuis iuſiurandum adhibitum ſit, euertitur [tamen], etiãſi [l] ciuiliter falſum inueſtigatũ ſit: niſi de eo ipſo trãſactio facta fuerit. SCHOLIVM. Nouella Iuſtinianea 124. eſt in lib. Baſil. 7. tit. 4. cap. 6. quod inſertũ eſt interpretatiõi can. 15. cõcil. Carthagin. quod de iudiciali iuſiurãdo [m] hinc retractãdo agẽs, legas. Dig. 13. tit. [n] 2. lib. [o] 12. habet perinde atq; ſcriptũ eſt. Cõſt. 41. tit. [p] 4 lib. 2. Cod. eſt. cap. 58. tit. 2. lib. 11. quod dicit, quęcũq; cõpẽdioſè propoſita ſunt. Cæterũ illud etiã iuſiurãdũ iudiciale [eſſe] dixit. Propterea eñ ex reprobatiõe eius [unà] cũ dãno infamia etiã cõſequitᷣ. Cõſt. 42. eiuſdẽ lib. & tit. eſt cap. 59. tit. 2. lib. 11. quod perinde habet atq; ſcriptũ eſt. TEXTVS. Et lib. 4. Cod. tit. 1. conſt. 2. Tametſi

a ἀποφάσεως.
b προσίληψιν.
c ἀνεπίστα.
d μικροψυχίαν.
e ἐπάνωθεν.
f καθαρότητος.
g Non 2. ut male in Græcis.
h Nõ χρεωστεῖ, ſed χρεωστεῖσθαι.
i προθεσμίαν.
k Nõ 1. ut perperã in Græcis.
l χρηματικῶς.
m κἀντεῦθεν.
n Non 5. ut Græca.
o Non 22.
p Non 1.

a. Tametſi per ſalutem Principis calore [*quodam*] quis iuratus peierarit, nō punitur, neq; maieſtatis crimine tenetur. Et lib. Cod. 9. tit. 8. cōſt. 2. [*Se*] ſemper ſeruo ſuo iratum fore iuratus, ſi iram remittat, maieſtatis crimine non tenetur. Dicit uerò etiam lib. 2. tit. [a]14. digeſt. 7. Aduerſus commune ius paciſci aut legare nō licet. Et ſi quis de his [*ſe*] non acturum iurarit, non eſt ratum. Planè, De ſcenicis, Nouella 51. ait, quòd ſcenicæ, tametſi ſe nunquam à fornicatione deſtituras iurarint, [*ab ea*] recedant, [b] periurij pœnas non ueriturae. Et [c] in regulæ modum addit, In [*rebus*] turpibus iuſiurandum ſeruari non oportere. SCHOLIVM. Conſt. 2. tit. 1. lib. 4. Cod. eſt cap. 44. tit. 5. lib. 22. Baſil. quod ſic habet: Nemo qui per Deum iurat, periclitatur. Satis enim iuſiurandum Deum ultorem habet, ſi per illum præſtitum ſit. Quòd ſi [*quis*] per Principem quodam calore iurauerit, conniuetur. Animaduerte igitur, quòd tametſi cap. [*illud*] prius haberet, Eum qui calore quodam per Principem, ſiue per Principis nomen iuraſſet, non teneri maieſtatis crimine, neq; puniri: Baſil. architectus omnino conniueri dixerit. Qui uerò non calore [*quodam*] peierarit, [*hunc*] fuſtigari dicas: [*idq;*] ſecundum thema ult. 13. cap. eiuſdem tit. & lib. quod ſic habet: Qui in re pecuniaria [*ſe*] nō debere, aut [*ſibi*] deberi per Principem iurauerit, & peierauerit: uel intra certum tempus [*ſe*] daturū, [*nec fecerit:*] fuſtigatur. Porrò quæ de eo quòd periurus Deū ultorem habeat, in dicto 44. cap. ſcripta ſunt, interpretabere ſecundum [d] ſuperius à nobis ſcriptum magnū Scholium, ac dices, quòd iſtiuſmodi iuſiurādum ſit [*aut*] uoluntarium, aut neceſſarium. Nam qui in iuſiurando non tali peierat, grauiter punitur. Quorſum quæras 81. canonem Baſilij magni, & cap. ult. tit. 38. lib. 60. & cap. 4. tit. 30. eiuſdem lib. ac interpreteris, quemadmodū in dicto Scholio diximus, eos qui calore [*quodam*], & qui nullo peierant, alio atq; alio puniri modo. Conſt. 2. tit. 8. lib. 9. Cod. eſt cap. 15. tit. 36. lib. 60. quod habet, ut in Textu ſcriptum eſt. Dicas itaq; de hoc, quòd ſi calore [*quodam*] iurauerit, non teneatur: ſi nullo teneatur, ut ſuperius dictum eſt. Digeſt. 7. tit. [e]14. lib. 2. Dig. eſt thema 13. tit. 1. lib. 11. Baſil. quod ſic habet, ut in Textu ſcriptū eſt. Dicas igitur ob iſtiuſmodi iuſiurandum neminem puniri, ut periurum: propterea quòd id [f] aduerſus leges præſtitum eſſe, nec ſubſiſtere, manifeſtum ſit: atq; tanquam præſtitum non eſſet, reputetur. Nouella Imperatoris Iuſtiniani 51. quæ omne lenociniū prohibet, poſita eſt in tit. 38. lib. Baſil. 60. Eſt autē in fine tit. cap. quod ſic ſonat: [g] In tabernis proſtituta mulier, tametſi [*ſe*] à fornicatione non receſſuram iurarit, datiſq; fideiuſſoribus [*cauerit*]: citra periculum deſiſtit. Qui uerò iſtiuſmodi fideiuſsiones exegerit, periurij crimine tenetur, & denis pōdo auri multatur. Nota igitur cap. [*illud*] quod peierantem mulierem nō puniri, ſed eum qui illam propter periurium [h] affligat, tanquam periurum puniri docet: quod nouum eſt. Item nota, quòd periurium crimen ſit, & [*quidem, ut*] arbitror, peculatus.

a Nō 4. ut perperam Græca.
b Nō περγίας, ſed ἐπιορκίας.
c κατοχῆς.
d ἐπάνω.
e Non 4.
f παράνομον εἶναι.
g ἐπὶ σκηνῆς γυνή.
h τιμωροῦντα.

DE IIS [i] QVI PROFANAE SVPERSTITIONIS IVSIVrandum iurant. Cap. XIX.

Concilij 6. canō 94. Baſil. canon 81. TEXTVS. In digeſt. 5. tit. 2. lib. 12. dicitur: Rectè tibi defero, ut per ſalutem tuam iures. Omne enim licitū iuſiurandum ex delatione præſtitum, ſeruatur. Item [*illud*] quod quis per propriā [k] religionem iurauerit. At quod iuſiurandum per improbatam religionem iuratum eſt, non ſeruatur. SCHOLIVM. Digeſt. 5. tit. 2. lib. 12. Dig. eſt cap. 5. 11. & 3. tit. 5. lib. 22. Baſil. quod eadem dicit.

i ἑλληνικῆς θρησκείας, quæ etiā ἐθνικὴν Græci uocant.
k Fortè 19.

DE APOSTATIS, IMMOLATORIBVS, MAGIS, INCANTATORIBVS, *mathematicis, diuinatoribus, &* [l] *amuleta appendentibus.* Cap. XX.

Apoſtolorum canon 62. Concilij Nicæni canon 11. 12. Concilij Ancyrani canon 3, 4, 5, 6, 8, 9, 12, 24. Concilij Laodiceni canon 36. Concilij Carthaginenſis

l περιάπτων.

ginenſis canon 45. Concilij ſexti canon 61.65. Petri Alexandrini canon 1.2.3.4. 5.6 7.8.9.10.11.12.13.14. Baſilij canon 7.3.44.48.49.65.66.72.73.81.83.. Gregorij Nyſſeni canon 1.2. Lege quæ annotata ſunt in cap.25.tit.9. præſentis Operis.

DE HISTRIONIBVS, MIMIS ET SIMILIBVS *pœnitentiam agentibus.* Cap. XXI.

COncilij Carthaginenſis canon 45.63. Concilij ſexti canon 50.51. TEXTVS. Conſt.33.tit.4.lib.1.Cod.&[a] 123.& 129.tit.4.lib.5.& 32.& 46. magnas pœnas irrogāt lenonibus, ijſq; qui ancillas uel liberas cum mimis uel [in] theatris conuerſari, aut proſtare cogunt: & recedendi, dotalibusq; [*inſtrumentis interuenientibus*] etiam illuſtribus ſi poſsint, nubendi poteſtatem faciunt. De ſcenicis uerò, ſpectaculis & lenonibus ſpecialis tit. eſt[b] 41.lib.11. Cod. Porrò ſcena eſt, ubi quis conſiſtit, mouetur'q; [c] hiſtrionicam artem exhibens, ſiue in publico priuatóue loco, ſiue in uico: in quem tamen locum paſsim homines ſpectaculi cauſſa conueniunt. Infames autem ſunt, quicunq; quæſtus cauſſa in certamen deſcendunt, & propter [d] prĕmium in ſcenam prodeunt. Verùm qui ſe ad artem ludicram [*exhibendam*] locat, neq; prodit: non notatur. Et qui ſeipſum locat, ut cum beſtijs depugnet: niſi beſtia leo forte, aliáue quæpiam ſit, quæ manſueta facta eſt. Non item qui ſine mercede cum beſtijs depugnarit: niſi [e] in arena [f] honorarium [*quiddam*] capere ſuſtinuerit. Qui ſe locauit, etiamſi cum beſtijs non depugnet, notatur. Non tamen etiam qui mercedem capit, ut feram quæ regioni nocet, extra arenam depugnet. Planè athletarum, & qui in Olympijs [g] oblectantia dicunt, & qui in xyſto decertant, agitatorum item, & qui aquam equis ſpargunt, aliorumq; qui in ſacris certaminibus deſeruiunt, & [*poſtremò*] [h] deſignatorum ars ludicra non eſt, neque ignominioſa. Leno eſt, qui turpem quæſtum ex ſeruis uel liberis facit: ſiue principaliter hoc negocium gerat, ſiue alterius negociationis prætextu iſtiuſmodi perſonas habeat: ut [*puta, ſi*] caupo, uel [i] ſtabularius, uel balneator [*ſit.*] Etiam qui in ſeruitute leno fuit, ubi liber factus eſt, infamia notatur. Hæc omnia ſunt in lib.3.tit.1.digeſt.1.& tit.2.digeſt.4. & lib.23.tit.2.digeſt.41. Leno quoque eſt, qui [k] adulterio pollutam coniugem ſuam non dimittit: non etiam qui [*tantummodo*] ſuſpectam habet: ut lib.9. Cod. tit.9.conſt.2. SCHOLIVM. Tit.4.lib.1.Cod.& tit.4.lib.5.Cod. tranſſumpti ſunt in lib.Baſil.28.tit.4. Hæ autem conſt. non ſunt poſitæ in Baſil. Tit.41.lib. 11.Cod. eſt.tit.37.lib.54. Baſil. cuius 1. cap. ita habet. De reliquo certamina liberè peragãtur. Nemo inuitus certamina edito. uoluntarios eā ſumptus facere uolo. Legas etiam cap.2.& 3.Tit.1.lib.3.Digeſt. eſt lib.Baſil.8.tit.1. Tit.2.lib 3. Dig. eſt lib.Baſil.21.tit.2. Tit.2.lib.23.Digeſt. poſitus eſt in lib.28.Baſil.tit.5. Digeſt. autem eius 48 non eſt poſitum in Baſil. Sanè thema ult.cap.2.tit.2.lib.21. ait: Porrò ſcena eſt, ubi quis conſiſtit: & deinceps quæcūq; de hiſtrionibus in Textu ſcripta ſunt. De ijs qui cum beſtijs pugnant, loquitur 8.9.& 10. thema cap.1.tit.1.lib. Baſil.8. quæ in Textu compēdioſe propoſita ſunt. Quòd athletarum ars famoſos non faciat, eſt in cap.4.tit.2.lib.21. Baſil. Et, quòd leno ſit, qui iſtiuſmodi quęſtum, &c. eſt thema 2.& 3. eiuſdem cap. quæ ita expreſsè habent, quemadmodū [*id*] textui inſertum eſt. Quæret fortaſſe quiſpiam, quapropter qui operā ſuam in artem ludicram locauit, neq; [*eam*] exhibuit, non notetur: qui uerò ut cum beſtijs depugnaret, ſe locauit, tametſi non pugnarit, famoſus fiat? In arte ludicra ipſum factum, non autem propoſitum, infamiam irrogat. Quod manifeſtum fit ex eo, quòd non [*modò*] qui pro mercede, ſed [*etiam*] gloriæ cauſſa artem ludicram fecerunt, infames reddantur. In eo uerò qui cum beſtijs pugnat, non factum, ſed propoſitum, odioſum eſt. Nam reges etiam atq; milites, generoſitatem ſuam oſtentantes, cum beſtijs depugnant. Ac propterea quidem, qui turpis

a Vide conſt. 33. tit. 4. lib. 5. Cod. qui autem hic numeri habētur, falſi ſunt.
b In lib. noſtris 40.
c σκηνικῶν.
d φιλοτιμίαν.
e οὐ τῷ κυνηγίῳ.
f φιλοτιμίαν.
g οἰλύμια, non οἰλύρια.
h βραβευτῶν.
i πανδοχεύς.
k πορνευθεῖσαν.

pis lucri cauſa uitam ſuam prodidit, tametſi cum beſtijs non pugnarit, famoſus fit: qui uerò rei ludicræ faciendæ cauſſa pecuniam cepit, ſi eam non fecerit, non notatur. Tit.9.lib.9.Cod. poſitus eſt in lib. Baſil.60.tit.33.cap.48. Conſt. autem 2. omiſſa eſt. Eſt interim ſimile [*quiddam*] in lib.4.Cod.tit.7.conſt.[a] 5. Baſil. uerò lib. 24.tit.2.cap.14. quod ſic habet in initio: Qui uxorem ſuam fornicari ſciens tacet, lenocinium facit.

a Non 2.

DE SPECTACVLIS, ET REBVS LVDICRIS. CAP. XXII.

CONcilij Carthaginenſis canon 15.60.61. Concilij ſexti canon 51.52.62.65.71. 96.105. TEXTVS. Quomodo ſpectacula peragantur, quomodo in illa ſumptus fiat, & quòd [b] ſpectaculorũ impenſas præſes ad murorum refectionem ad tempus deriuare poſsit: dicitur lib. Cod.11.tit.[c] 41.42.45. & 46. Tit.[d] 43. tollit ſpectacula [e] gladiatorum. SCHOLIVM. Tit.41.lib.11.Cod. eſt tit.37. lib.54 Baſil. ac declaratus eſt [f] ſuperius. Tit.42. eiuſdẽ lib. eſt in tit.38. dicti 54. lib. Baſil. uerùm eius cap. non ſunt poſita in Baſil. Neq; [*uerò*] tit.44. neq; 45. neque 46. Tit. autem 41.5. priora cap. poſita ſunt (ut dictum eſt) in tit.37.lib.54. reliqua in tit.38.lib.60. Baſil. quæ de lenonibus docent: ac iubent, ut qui ſerui turpe aliquid facere coguntur, à regionis epiſcopo liberentur. Quem tit. totum lege, & [*inſuper*] quæ in eo eſt Iuſtinianea Nouella, quæ [g] lenocinij exercitium, & quemcunque lenonem grauiter punit.

b θεωρικά.
c In lib. noſtris 40. & ſic deinceps.
d Non 24.
e μονομάχων.
f ἀνωτέρω.
g πορνείας.

DE FVRIBVS, SEPVLCHRORVM VIOLATORIBVS, *latronibus & ſacrilegis.* Cap. XXIII.

BAſilij canon 61.66. Gregorij Nyſſeni canon 7.8.9. Lege quæ annotata ſunt in cap.27.tit.9. præſentis Operis. TEXTVS. De latronibus dicitur lib.48 tit.19.digeſt.28. Qui prædandi cauſſa aggreſſuras faciunt, ſimiles ſunt latronibus. Et ſi cũ ferro id faciãt, & ſæpius, atq; in itineribus, capite puniũtur: cæteri [h] in exilium mittũtur, aut deportãtur. Famoſi uerò, quibus locis latrocinati ſunt, furca figũtur, aut cum beſtijs depugnãt. [i] Mirabile [*quiddã*] ait conſt.2.tit.18. lib.7.Cod. de latronũ familia nẽpe deſcẽdentibus, ex largitione principali, uel authoritate fiſcali ſeruis factis, interimi libertatem. SCHOLIVM. Digeſt. 28.tit.19.lib.48. Digeſt. eſt thema 10.cap.28.tit.51.lib.60. quod eadem dicit, quæ in Textu ſcripta ſunt. Conſt.2.tit.18.lib.7.Cod. eſt cap.3.tit.9.lib.48 Baſil. quod ſic habet, ut in Textu compendioſè eſt propoſitum. De ijs uerò qui mortuorum capſas inueſtigant, ut quæ in illis ſunt prædentur: lege Nouellam Imperatoris Dn. Leonis Sapientis 96. quæ ſtatuit, ut qui ſemel in hoc deprehenſi fuerint, ueniam conſequantur: qui iterum id mali auſi ſint, [k] dorſi uerberatione tonſione q; caſtigentur. Exiſtimo autem hanc Nouellam in ſepulchrorum uiolatoribus nõ habere locum. Aliud enim eſt reliquias mortuorum transferre, & aliud furandi animo aliquid eorũ quæ inter ipſas ſunt ſubripere: tametſi [l] illud quoq; [m] ſepulchrorum uiolatio abuſiuè dicatur. Legas etiam 27.cap.tit.9. præſentis Operis, quod circa finem de ſepulchrorum uiolatione propriè docet.

h Noſtri lib. in metallum dantur, uel in inſulas relegantur.
i παράδοξον.
k In Græcis eſt μαγκλαβίων, quæ fortaſſe uox eius tẽporis eſt.
l τοῦτο.
m τυμβωρυχία.
n βαλλίζειν.

NE IN NVPTIIS [n] AD INSTRVMENTA MVSICA SALtetur, *aut tripudietur.* Cap. XXIIII.

COncilij Laodiceni canon 53.

NE VIRI CVM MVLIERIBVS SE LAVENT. Cap. XXV.

COncilij Laodiceni canon 30. Concilij ſexti canon 73. Lege quæ annotata ſunt in cap.31.tit.9. præſentis Operis.

DE IMBECILLOS SVBSANNANTE. Cap. XXVI.

APoſtolorum canon 57.

[Ac deniq;] aduerſus eos qui cōſtitutionem temerari permittūt, decem librarum multam cōſtituit. Conſt. 2. tit. 43. lib. 3. Cod. eſt cap. 6. tit. 8. lib. Baſil. 60. quod ita ad uerbum ait: Conſtitutio ligneorū equeſtrium (quæ uocantur) [luſionem] interdicit: periculū aduerſus luſores, atq; publicationem aduerſus domos, in quibus huiuſmodi luſus peracti ſunt, depoſcēs. Victo autem qui ſoluit, [id quod dedit,] reſtituitur. Alioqui ſi recuperare nolit, id in eius ciuitatis publica opera expēdi iubet. Vnde nota, in Baſil. nō eſſe poſitū, quòd eorum quæ ex prohibito luſu data ſunt, exactio tricennium excedat. Similiter neque quòd diuites ad unum uſque ſolidum in ludum conſtituant, multaq; alia. Quæ ubi ita ſeſe habent, dicere debes, quòd quæ ex huiuſmodi luſibus actiones [exiſtunt,] quemadmodum omnis perſonalis actio, tricēnio terminentur, atq; in quinq; conceſsis luſib. deponere in certamē liceat, quēadmodum partibus uideatur, non autem ſecūdum ueterem legiſlationem uſq; ad unum [duntaxat] ſolidum. Scias porrò, quòd μονόβολον dicatur curſus: κοντομονόβολον, ſaltus: κωνταμὸς κόνταξ ſine fibula, iaculatio ſine fibula, ſiue ferro, à quodā Quinto ita nominata: περιχυτὴ, lucta: & ἱππικὴ, Circēſes ludi. Cęterùm de equeſtri ligneo aliquādo coram Imperatorio tribunali [quædam] incidit ambiguitas. Nōnulli enim id eſſe dicebant luſum illum, qui frequenter à pueris extra circum peragitur, quum in aurigatione equorū uice hominibus utuntur. Alij autem id ligneā quandā eſſe fabricam, quę per ligneos gradulos multa per mediū foramina habentes, protendatur in altum. Qui enim in hoc luſu depoſito pignore certant, quatuor diuerſicolores globulos ſupra gradulos ponentes, [eos] per decliue demittunt: & qui globulorum primus per foramina ex ultimo foramine egreditur, ei qui illum habet, uictoriā defert. Videtur igitur mihi quoq;, alterum hunc ludum à lege auerſabundè uitari & puniri: utpote qui coitum confirmet. Porrò de clericis qui alea ludunt, lege 87. Nouellam Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi.

των, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα ἐπὶ τῶν συγχωρούντων παραβῆναι τὴν διάταξιν. ἡ δὲ β΄ διάτ. τοῦ μγ΄ τιτ. τοῦ γ΄ βιβλ. τοῦ κωδ. ὅ ἐστι κεφάλ. ς΄ τοῦ η΄ τιτ. τοῦ ξ΄ βιβλ. τῶν βασιλικῶν, λέγουσα οὕτω ῥητῶς· ἡ διάταξις κωλύει τὰ λεγόμενα ξύλινα ἱππικὰ, κίνδυνον ἀπονέμουσα ἐπὶ τῶν παιζόντων, καὶ δήμευσιν ἐπὶ τῶν οἴκων, ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα γίνονται παίγνια. γίνεται καὶ ἀνάδοσις τῷ ἡττηθέντι καὶ καταβαλόντι· εἰ δὲ ἐὰν μὴ βούλεται ἀναλαβεῖν, κελεύει ταῦτα εἰς ἔργα δημόσια τῆς πόλεως ἐκείνης δαπανᾶσθαι. ὥστε σήμαινε, ὅτι ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἐτέθη, τὸ ὑπερβαίνειν τὴν τριακονταετίαν τὴν ἀπαίτησιν τῶν χάριν κεκωλυμένου παιγνίου δοθέντων. ὡσαύτως οὐδὲ τὸ συνθηκίζειν τοὺς πλουσίους μέχρις ἑνὸς νομίσματος, καὶ ἄλλα πολλά. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχουσιν, ὀφείλεις εἰπεῖν, ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν τοιούτων παιγνίων ἀγωγαὶ τῇ τριακονταετίᾳ κλείονται, καθὼς καὶ πᾶσα προσωπικὴ ἀγωγή· καὶ ἐπὶ τῶν πέντε δὲ παιγνίων τῶν ἐπιτετραμμένων ἔξεστι συνθηκίζειν, καθὼς τοῖς μέρεσι δόξει, καὶ οὐ μέχρις ἑνὸς νομίσματος ἐπὶ τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ. γίνωσκε δὲ, ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος· κοντομονόβολον, τὸ πήδημα· κωνταμὸς κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης, ὁ ἀκοντισμὸς χωρὶς περόνης, ἤγουν σιδήρου, ἀπὸ κυίντου τινὸς οὕτω κληθείς· περιχυτὴ, ἡ πάλη· καὶ ἱππικὴ, τὸ ἱπποδρόμιον. περὶ δὲ τοῦ ξυλίνου ἱππικοῦ ποτε γέγονεν ἀμφιβολία παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι. τινὲς μὲν γὰρ εἶπον εἶναι τοῦτο, τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον, ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ, ἀντὶ ἵππων χρωμένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν· τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο ξύλινόν τι κατασκεύασμα, διὰ κλιμάκων ξυλοειδῶν ἀνυψούμενον, ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους. οἱ γὰρ συνθηκίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ, βώλους τέσσαρας ἑτεροβαφεῖς ἄνωθεν τῶν κλιμάκων τιθέμενοι, πρὸς τὸ κάταντες ἀπολύουσι· καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βώλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν, ἐκ τῆς τελευταίας ὀπῆς τὴν νίκην δίδωσι τῷ ἔχοντι αὐτόν. ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ β΄ παίγνιον παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι καὶ κολάζεσθαι, ὡς ἔχον αἰτίαν κόπου. περὶ δὲ κυβευόντων κληρικῶν, ἀναγίνωσκε καὶ τὴν πζ΄ νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου λέοντος τοῦ φιλοσόφου.

DE OBSESSIS DAEMONE. Cap. XXX.

Apoſtolorum canon 79. Concilij ſexti canon 66. 67. Timothei canon 2. 5. 14. 15. TEXTVS. Dicitur lib. 5. Cod. tit. 70. conſt. 4. quòd ſi mulier ſui iuris conſtituta furioſa ſit, ſolus maritus repudium mittere poſsit. Digeſt. uerò 22. tit. 3. lib. 24. ait: Si alter coniugum furere cœperit, ipſe quidem [*furioſus*] [a] nuncium mittere nõ poteſt: atq; ſi furor, ſiue perpetuus, ſiue per interualla [*accedens*] tolerabilis ſit, neque compos mentis furẽti [b] nuncium mittere debet. Si tamen miſerit, in pœnas iniuſti diuortij incidit. Quòd ſi furor intolerabilis ſit, nec ulla reſipiſcentiæ ſpes ſuperſit: propter furoris metum, ac procreandæ ſobolis deſiderium, citra utriuſque damnum, matrimonium repudio diſſoluere licet. Sanè ſi [*maritus*] matrimonium [*quidem*] non dirimat, ſed furentem [*uxorem*] negligat: compellitur per magiſtratum ſecundum dotis quantitatem alere illam, ac ſanandam curare, nihilq; eorum quæ maritum [*præſtare*] conueniat, prætermittere. Sed ſi dotem diſsipet, [c] ſequeſtratur [*illa*], quatenus ex ea mulier, eiusq; familia competens habeat ſolatium: ſeruandis [*uidelicet*] ab initio [*initis dotalibus*] pactis. Verùm hæc hodie non procedunt, neque propter furorem rectè matrimonium ſoluitur: quum De repudijs Nouella 117. certas cauſas recitet: atque præter eas, repudium mittentem nuptialium contributionum amiſsioni, alijsq; pœnis ſubijciat. Διάσιον autem eſt ſonus muſicus ita à philoſophis nuncupatus, [d] qui omnium [*tonorum*] concentum ſeparat: unde & διάχεα [*id eſt diſtantia*] dicitur. Quum itaque coniuges unius [e] concentus uicem obtineant (erunt enim inquit [*ſacra Scriptura*] in carne una) ſi ex iuſta cauſſa diuiſio & ſeparatio inter illos quomodocunque interueniat: διάστασιν fieri dicimus. quod in ſponſis propriè locum non habet, ſed [*pro eo*] [f] repudium. Nam tametſi [*inter ſe*] deſponſi, matrimonio coniunctioneq; nondum initis, coniuncti eſſe uideãtur: attamen corporibus ſunt ſeparati, quemadmodum quæ ſub iugo [*ſunt*] animantia. Interim tamen de coniugibus etiam dici διαζύγιον, quod apud Latinos repudium nominatur, legiſlatoribus placuit. [*Qua de re*] legas lib. 2. cap. 102. SCHOLIVM. Conſtit. 4. tit. 70. lib. 5. Cod. eſt cap. 21. tit. 10. lib. 38. quod eadem dicit, quæ in textu ſcripta ſunt. Digeſt. 22. tit. 3. lib. 24. Digeſt. eſt thema 9. cap. 22. tit. 8. lib. Baſil. 28. quod habet, quomodo in textu ſcriptum eſt. Verumtamen ſcias, quod illud caput abrogatum ſit à Nouella Iuſtiniani 117. quæ in lib. Baſil. 28. tit. 7. poſita eſt, & [*quum*] cauſſas ob quas repudia mittuntur recenſeat, nullam [*tamen*] omnino furoris mentionem facit. At uerò [g] 100. & 101. Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi Nouellæ ſtatuunt, ut uir triennium duret, neque intra illud, poſtquam uxor furere cœperit, coniugium dirimat: mulier autem, niſi quinquennium præterierit, à furente marito non ſeparetur. Legas quoque Nouellam Imperatoris Dn. Nicephori Botaniatæ, quæ de furentibus coniugibus eadem diſſerit.

a ἀπόσιον. b διαζύγιον. c μεσεγγυᾶται. d χωρίζον τὴν ὅλην πασῶν σύ μφωνίαν. e σύμφωνίας. f διαζύγιον. g In noſtra editione 111. & 112.

DE LAICO EXCOMMVNICATO, ET AB altero præter uoluntatem eius qui excommunicauit, recepto. Cap. XXXI.

Apoſtolorum canon 12. 13. Concilij Antiocheni canon 6.

DE IIS QVI DOMINICO SABBATIVE die ieiunant. Cap. XXXII.

Apoſtolorum canon 66. Concilij Gangrenſis canon 18. Concilij 6. canon 55. 56.

DE IIS QVI DOCENT, DOMVM DEI atq; [h] conuentus eſſe deſpiciendos. Cap. XXXIII.

h συνάξεις.

Concilij Gangrenſis canon 5. 20.

DE LAICIS, QVI ACTA CONCILII *Epheſini reprobare conantur.* Cap. XXXIIII.

COncilij Epheſini canon 6. Lege quæ annotata ſunt in cap. 6. tit. 11. præſentis Operis.

DE IIS QVI SCRIPTVRAS AVDIVNT, *& ad finem uſq; non manent, aut non communicant.* Cap. XXXV.

A Poſtolorum canon 9. Concilij Antiocheni canon 2.

DE IIS QVI PRIVATIM[a] COETVS COgunt. Cap. XXXVI.

[a] ἐκκλησιάζοντων.

COncilij Gangrenſis canon 6. Concilij ſexti canon 31. 59. Lege quæ annotata ſunt in cap. 14. tit. 3. præſentis Operis.

DE EO QVI CVM MVLIERE CONCVMbere concupiuit, non tamen fecit. Cap. XXXVII.

C Oncilij Neocæſarienſis canon. 4.

DE IIS QVI QVADRAGESIMAM, [b] QVARtam feriam & Paraſceuen non ieiunant. Cap. XXXVIII.

[b] τετράδα.

A Poſtolorum canon 69.

DE IIS QVI EX SACRA AEDE CERAM aut oleum auferunt. Cap. XXXIX.

A Poſtolorum canon 72.

DE LAICIS [c] INCOMMVNICABILIBVS factis. Cap. XL.

[c] ἀκοινωνήτων.

THeophili ex epiſtola ad Menam epiſcopum.

NE LAICI DOCEANT. Cap. XLI.

C Oncilij ſexti canon 64.

TITVLVS DECIMVSQVARRVS.

De omnibus hominibus promiſcue.

DE AVARICIA. CAP. I.

G Regorij Nyſſeni canon 6.

DE IIS [d] QVI CVM BRVTIS ANIMANtibus commercium habent. Cap. II.

[d] ἀλογευομένων.

COncilij Ancyrani canon 16. 17. Baſilij canon 63. Gregorij Nyſſeni canon 3.

DE HOMICIDIS ET LATRONIBVS. Cap. III.

APoſtolorum canon 65. Concilij Ancyrani canon 21. 22. 23. 25. Baſilij canon 7. 8. 11. 13. 33. 43. 52. 54. 55. 56. 57. Gregorij Nyſſeni canon 4.

a τοὺς ἐπιτίμιον ἀκοινωνησίας ἔχοντας.

VT [a] QVI IN POENAM INCOMMVNI*cabilitatis inciderunt, morituri communicare debeant. &, Quid fiat, ſi poſtquam ideo communicarunt, non moriantur.*
Cap. IIII.

COncilij Niceni canon 13. Gregorij Nyſſeni canon 5.

b ὀνειρώξαντος.

DE [b] EO CVI IN SOMNIS SEMEN *flux. &, De eo qui ab uxore ſua ſecubat, uolens communicare. &, Quo die propter hoc à mutua miſtione* [coniuges] *debeant abſtinere.* Cap. V.

DIonyſij ex epiſtola ad Baſilidem canon. 3.4. Timothei canon 5.12.13.

QVOMODO OBLATIO FIAT PRO EO *qui ſeipſum interemit.* Cap. VI.

TImothei canon 14.

DE EO QVI VXOREM DAEMONE OB*ſeſſam habet, ac propterea aliam ducere uult.*
Cap VII.

TImothei canon 15. De præſente cap. ſufficienter ſcripſimus in cap. 30. tit. 13. præſentis Operis. In cuius ſcholio compendioſè propoſitas Imperatoris Dn. Leonis Philoſophi Nouellas legas, & ſecundum eas dæmonijs obſeſſorum diuortia fieri dicas.

FINIS.

QVATVORDECIM TITVLORVM

A' PATRIARCHA PHOTIO COMPOSITOrum, exactus Index.

TITVLI PRIMI.

Cap.1. De theologia & orthodoxa fide.

2 Quòd canones ualere oporteat.

3 Vt conſuetudo Eccleſiaſtica non ſcripta ſeruetur, ut lex. &, Quòd neceſſe non ſit ſeruare leges Moſaicas.

4 Quòd non ab uno epiſcopo, ſed à communi epiſcoporum cœtu canones promulgentur.

5 De patriarchis, metropolitanis, & priuatis Africæ, ut uocantur.

6 Qui, & ubi ordinentur epiſcopi, aut clerici. &, Si ordinatus per libellum epiſcopatum recuſet.

7 Electionem ſacerdotum promiſcuæ plebi permittendam non eſſe.

8 De contradictione, quæ in epiſcopi ordinatione fit.

9 Intra quod tempus epiſcopi ordinandi ſint.

10 Ne quiſquā aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinetur, priuſquam omnes domeſticos ſuos effecerit Chriſtianos orthodoxos.

11 De iјs qui ex laicorum ſtatu epiſcopi fiunt.

12 Quomodo gentilis, aut ægrotus, aut recens baptizatus, aut quiſquam ex mala conuerſatione prodiens, ordinetur aut epiſcopus aut clericus.

13 Quomodo epiſcopus epiſcopatū non habēs, ad uacantem epiſcopatum perueniat.

14 Quando eunuchus, aut qui alioqui malè affecto corpore eſt, epiſcopus aut clericus creetur.

15 Vt qui dæmonem habet, clericus non fiat.

16 De eo qui ſuo epiſcopo non obedit, uolenti ipſum ordinare in altiorem gradum.

17 De epiſcopo, aut clerico ordinato, qui ab incolis non ſuſcipitur, aut non ſuſcipit, aut abire non poteſt.

18 Ne epiſcopus moriens poßit alium pro ſe ordinare.

19 Ne temerè in parua ciuitate, aut pago epiſcopus fiat.

20 Ne in una prouincia duo metropolitani ſint, aut in una ciuitate duo epiſcopi, aut in duabus ciuitatibus unus clericus.

21 De his qui ordinant in ciuitatibus aut prouincijs, quæ ipſis non ſubſunt.

22 De his qui patrocinio magiſtratuum eccleſias occupant.

23 De his qui propter matrimonium aut concubinatum non ordinantur epiſcopi, aut clerici.

24 De his qui datis pecunijs ordinantur, aut ſuſcipiunt officia.

25 Ne ordinationes iterentur.

26 Ne epiſcopus aut clericus ex una ciuitate in aliam tranſeat.

27 De eo qui dum obnoxius peccato eſſet, ordinatus eſt.

28 De ætate ordinandorum, ſiue mares ſiue fœminæ ſint.

29 De creatione epiſcorum qui epiſcopis ſubſunt. &, quando & quomodo offerant aut communicent. &, quos ordinent. aut non.

30 Vt ſeptem duntaxat diaconi ſint, etiamſi ciuitas magna ſit.

31 Quinam cleri, eccleſiaſtici'ue ordinis ſint.

32 Ne ordinetur, cuius uxor adulterium commiſit. &, Si clerici uxor adulterium commiſerit.

33 Ne clericus in liberum miniſterium, ſed omnino in certam eccleſiam aut monaſterium ordinetur.

34 De circuitoribus, & uicorum eccleſijs.

35 Vt ptochiorum, monaſteriorum, & martyriorum clerici ſub epiſcopo ciuitatis ſint.

36 De ſeruis qui clerici fiunt.

37 De diaconißis. &, Quòd mulier presbytera non fiat.

38 De peccatis, quæ per ordinationem remittuntur.

TITVLI SECVNDI.

Cap.1. De extruēdis eccleſijs, & dedicatione martyriorum nullas ſanctorum reliquias habentium.

2 De ſacris uaſis & donarijs.

3 De clericis ſchiſma facientibus, & citra uoluntatem epiſcoporum altaria erigentibus.

TITVLI TERTII.

Cap.1. Quales preces populus audiat. &, Quapropter in orientem proſpicientes precemur.

2 Quos, quomodo, qualia canere, precari, aut legere oporteat.

3 In ſabbatis Euangelium cum alijs ſacris legi oportere.

4 De ſacra oblatione, atq; communione.

5 Quomodo clerici & laici pacem dent.

6 De his qui dubitant Euchariſtiæ ſacramentum ſumere à presbyteris coniugatis.

7 Quòd iјs ſolis qui ſacerdotalis ordinis ſunt,

in altari cõmunicare liceat. &, Ne mulier ad altare ingrediatur.

8 *Quando offerant, ac communionem exhibeant epiſcoporum uicarij.*

9 *Ne diaconus offerat, neq; presbytero communionem exhibeat.*

10 *De ueſtitu & miniſterio lectorum, cantorum, & miniſtrorum. &, Quòd non oporteat miniſtrum panem ſacratum dare, aut calicem conſecrare.*

11 *De ijs qui, quũ in ciuitate ſunt, in tribus hebdomadibus non communicant.*

12 *De ijs qui ſcripturas audiunt, & in poſtremis precibus non permanent, neque communicant.*

13 *De his qui dæmone obſeſſi ſunt, quomodo communicent, aut non.*

14 *De his qui extra eccleſias offerunt, aut cœtus conuocant.*

15 *De epiſcopis aut clericis, qui cum hæreticis aut Iudæis communicant, uel preces coniungunt, aut ipſis operari ſacris permittũt, uel ipſorum ſacrificium ſuſcipiunt.*

16 *Quòd non cõueniat ſanctas oblationes benedictorum munerum nomine in alias parochias mitti.*

17 *Ne corporibus defunctorum ſacramentum Euchariſtiæ detur.*

18 *Quòd non conueniat mulierem in diebus purgationis ſuæ communicare.*

19 *Quomodo communicet, cui in ſomnis ſemen fluxit.*

20 *Ne præſentib. hæreticis peragatur oblatio.*

21 *Quando propter communionem ab uxore abſtinere oporteat.*

22 *Quomodo oblatio celebretur per eo, qui ſe ipſum interfecit.*

TITVLI QVARTI.

Cap. 1. *Neminem duabus ſeptimanis poſt quadrageſimam ad baptiſmum ſuſcipi debere.*

2 *De his qui infideles religionem docent.*

3 *Quomodo baptizandum ſit.*

4 *Quòd qui ad baptiſmum recipiendum illuminantur, eos fidei articulos recitare oporteat.*

5 *Vt baptizentur, qui ignorant an baptizati ſint.*

6 *Ne defuncti baptizentur.*

7 *De ijs qui ante baptiſmum peccant. &, De ijs qui dum fidei initijs imbuuntur, impingunt.*

8 *De epiſcopis & clericis, qui hæreticorũ baptiſmum ſuſcipiunt.*

9 *De ijs qui in morbo baptizantur.*

10 *De prægnante baptizanda.*

11 *Quòd poſt ſacroſanctum baptiſma ungi debeamus.*

12 *De confectione ſacræ unctionis.*

13 *De ijs qui bis, aut non ritè baptizantur, & qui infirmos non baptizant.*

14 *Qui nam hæreticorum ad orthodoxam fidem tranſeuntes baptizentur, & qui nam tantũmodo ungantur.*

15 *Quomodo dæmone obſeſſus, aut in morbo mente captus baptizetur.*

16 *Quòd non conueniat mulierem tẽpore purgationis ſuæ baptizari.*

17 *Si qui in fide inſtituitur, ante baptiſmũ communicauerit.*

TITVLI QVINTI.

Cap. 1. *De his qui docent, domum Dei, cœtus & memorias, res contemptibiles eſſe.*

2 *Ne pauperibus in eccleſijs conuiuia exhibeãtur, neq; in ijs comedatur.*

3 *De his qui contemnunt paſtiones pauperum. &, Quòd non conueniat, ad eas uocatos partem ſumere.*

TITVLI SEXTI.

Cap. 1. *De fructuum oblationibus.*

2 *Quis nam oporteat accipere aut dare fructuum oblationes. &, De ijs qui in eccleſijs ceram aut oleum ſurripiunt.*

3 *De ijs qui offerunt ſynagogis, aut templis gentium.*

TITVLI SEPTIMI.

Cap. 1. *De ieiunio, & ijs quæ in Quadrageſima ieiuniorum uetita aut permiſſa ſunt.*

2 *Ne puerpera, neq; qui per morbum non poſſit, Paſcha ieiunare cogatur.*

3 *De die atq; tẽpore Paſchali, & Theophanijs.*

4 *Dominico die ſpectacula edi, aut Dominico die uel Pentecoſtes diebus genua flecti non debere. &, Quoad eius fieri poteſt, Dominico die ab operibus uacandum eſſe, non item Sabbato. &, Sabbati die ſcripturas legi oportere.*

5 *Quæ ſit cauſſa geniculationis. &, Ne genua flectantur die Dominico, aut diebus Pentecoſtes. &, Quare orientem uerſus ſpectantes precemur.*

TITVLI OCTAVI.

1 *De parochijs. &, De nouationibus, quæ per Imperatorias formas fiunt.*

2 *Ne epiſcopus temerè peregrinetur, aut clericus in alia prouincia degat.*

3 *Epiſcopos itineris epiſcoporum ſuas ditiones tranſeuntium cauſſas inquirere oportere.*

10 De ... 4 De

4 De epiſcopis & clericis, qui ad Imperatorem, eius'ue comitatum abeunt.

5 De peregrinorum ſuſceptione. &, De pacificis commendaticijsq; literis.

6 De differentia pacificarum & commendaticiarum literarum.

7 Quibus epiſcopos ſubuenire oporteat. &, De epiſcopis, presbyteris, & diaconis, qui indigentibus eccleſiaſtici ordinis hominibus neceſſaria non ſuppeditant.

8 De ſynodis, & qui ad eas non accedunt.

9 Ne temerè epiſcopi aut clerici liberos ſuos emancipent.

10 Quomodo epiſcopi competentia ſibi loca, quæ ab hæreticis detinentur, uindicent.

11 Quòd lectores plebem uerſus geniculari non debeant.

12 De epiſcopis, qui non conuertunt hæreticos. &, De epiſcopis & clericis, qui non docent populum. &, Quòd epiſcopus pro populo Deo rationem reddat. &, Quando, quum populus peccauit, clerus excommunicetur.

13 De epiſcopis & clericis mundanum aliquid exercentibus, ſiue id publicum ſiue priuatum ſit, aut etiam redempturam aut tutelam.

14 De epiſcopis & clericis, qui aſciticijs mulieribus cohabitant.

15 Quomodo epiſcopos, clericos, aut caſtitatis uoto obſtrictos ad mulieres ingredi oporteat.

16 Quòd clericus cũ nuptias iterante, aut præter leges uxorem ducente, conuiuari non debeat.

17 Ne clerici ſine epiſcopis ſuis quicquã faciant.

18 Ne clerici ex cõtributione cõuiuia inſtituãt.

19 De diuturno ordine epiſcoporum. &, Quomodo clerici ſedeant, & ſe inuicem honorent.

TITVLI NONI.

Cap. 1. À quibus & apud quos accuſentur epiſcopi aut clerici.

2 Quot, & qui aduerſus epiſcopos aut clericos teſtimonium dicant.

3 Si quis, ubi de multis criminibus clericũ accuſauit, primum propoſitum caput non probet.

4 De ijs qui ſuis epiſcopis non obediunt. &, De epiſcopo qui à ſuo epiſcopo eiectum, aut à cõmunione excluſum recipit.

5 De controuerſijs epiſcoporum & clericorũ.

6 De retractatione ſententiarum epiſcopaliũ.

7 Si epiſcopus aduerſus collegam actionem habens, non agat, ſed cum illo tranſigat.

8 Quando epiſcopus contra epiſcopum apud ciuilem magiſtratum actionem mouere poſſit.

9 De epiſcopis & clericis, qui iniuſtè ex eccleſiaſtico ordine eijciuntur.

10 De his qui ab eccleſia uel communione ſeparantur, aut eijciuntur.

11 Ob cuiuſmodi cauſſas epiſcopus aut clericus, aut laicus à communione ſegregetur. &, Si epiſcopus accuſatus per libellum, epiſcopatum recuſet. &, Quòd non oporteat ſemel epiſcopum factum, poſtmodum autem ſiue iuſta ſiue iniuſta de cauſſa eiectum, in presbyteri gradum deduci.

12 Quòd quanto tempore epiſcopus non communicat cum eo, qui ab ipſo ſine iuſta cauſſa excommunicatus eſt: tanto etiã alij epiſcopi cum ipſo qui excommunicauit nòn communicent.

13 Quot epiſcopi epiſcopum deponant.

14 Propter cuiuſmodi cauſſas aliquis deponatur.

15 Ob quales cauſſas aliquis ſimul & excommunicetur & deponatur: aut deponatur, & à cõmunione uel eccleſia ſeparetur.

16 Quas ob cauſſas clericus aut laicus anathemate feriatur.

17 De eodem delicto bis non eſſe exigendam uindictam.

18 Ob quas cauſſas aliquis omnino ab eccleſia eijciatur.

19 Quãdo aliquis ſedem ſtationemq; ſacerdotalem retineat, non autem reliqui quicquam facit.

20 Ne credatur epiſcopo dicenti, clericum priuatum confeſſum eſſe peccatum.

21 De epiſcopis aut clericis carnes in ſanguine, aut à beſtijs captas, aut morticinas comedẽtibus.

22 Quòd epiſcopi, presbyteri, diaconi, & quotquot ſacra tractãt, ab uxorib. ſuis abſtinere debe-

23 De clerico debiles ſubſannante. (ant.

24 De clerico ſibi uirilia amputante.

25 De clericis apoſtatis, immolatoribus, magis, incantatoribus, aſtrologis, mathematicis, diuinatoribus, ueneficis, & amuleta appendentibus.

26 De epiſcopis & clericis, qui percutiunt aut occidunt.

27 De epiſcopis & clericis, qui alea ludunt, inebriantur, ſpectacula uiſunt, ſepulchra uiolant, furantur, peierant, fœnerantur, ſemiſſes uſuras accipiunt, aut aliud ſibi turpe lucrum excogitant.

28 De his qui matrimonium, uinum, aut carnes abominantur.

29 De permiſsis, aut prohibitis nuptijs. &, Quòd lectores puberes facti interrogentur, an matrimoniũ cõtrahere uelint. &, De cõcubinatu, ſcortatione atq; adulterio.

30 De ijs qui matrimonij cauſſa mulieres rapiũt.

31 De ſacri ordinis hominibus, qui ſe cum mulieribus lauant.

32 De epiſcopis & clericis, qui laici facti fuerint, aut ad mundanas dignitates peruenerint, aut militauerint.

33 De ijs qui clericos delinquere ſciunt, & non manifeſtant.

34 Quòd qui clerici fideiuſsionem dant, deponantur.

35 De clericis qui in caupona, uel publico diuerſorio cibum capiunt.

36 De clericis Imperatorem, epiſcopum, magiſtratum, aut presbyterum cõtumelia afficientibus.

38 Cuiuſmodi delicta ordinatio diluat.

39 De pœnitentia. &, Qui'nam facultatem habeant dandi pœnitentibus abſolutionem. &, Quòd ſacerdoti liceat minuere & augere pœnas.

TITVLI DECIMI.

Cap. 1. Quòd œconomum ex clero eccleſiæ, cuius œconomus eſt, eſſe oporteat.

2 De rerum eccleſiaſticarum adminiſtratione.

3 De rebus & reditibus eccleſiarum, quæ ſine epiſcopo ſunt.

4 De alienatione rerum eccleſiaſticarum.

5 De bonis epiſcoporum & clericorum poſt ordinationem acquſitis.

6 De proprijs epiſcopi rebus. &, Quòd inteſtatus decedere non debeat.

7 Vt quæ in barbaris gentibus ſunt Dei eccleſiæ ſecundum obtinentem conſuetudinem adminiſtrentur.

8 Ne epiſcopus, neque clericus per donationem aut teſtamentum quicquam hæretico det, tametſi ipſius cognatus ſit.

TITVLI VNDECIMI.

Cap. 1. De extructione monaſteriorum. &, Ne illa priuati iuris fiant. &, De rebus monachorum.

2 De ijs qui ex alijs monaſterijs præſules aut clerici fiunt.

3 De ſeruis qui monachi fiunt, & pietatis prætextu dominos contemnunt, neq; illis ſeruiunt.

4 Ne temerè monachus monaſterium exeat, & negocia agat. &, Quòd monachi epiſcopo ſubſint.

5 Ne monachi matrimonium contrahant: aut cum aliquibus mulieribus, tanquam ſororibus, cõuerſentur. &, Ne uirginitatem profeſſæ uiris cohabitent.

6 De monachis, qui factiones aut coniurationes faciunt.

7 Ne monachi lauentur cum mulieribus.

8 De cuſtodia ſacratarum uirginum.

9 De uiciatione uirginum.

10 De ætate eorum qui habitum ſumunt. &, Cuiuſmodi uirgo dicatur.

11 De monachis qui clerici fiunt, aut prophanos honores conſequuntur, aut militant.

12 De ijs qui monaſtico habitu utũtur, ac damnant eos qui ueſtitu communi utuntur.

13 De muliere uirilia indumenta geſtante.

14 Ne mulieres religionis ergò detondeantur.

15 De eo qui prætextu religionis liberos aut parentes non alit.

16 Cuiuſmodi ciuilia negocia uel procurationes monachi obire poſſunt.

TITVLI DVODECIMI.

Cap. 1. Quid ſit hæreſis, quid ſchiſma, quid adulteratum conuenticulum.

2 Quid ſit hæreticus.

3 De libris hæreticorum.

4 De tollendis ſimulachris.

5 De Neſtorio, Muſæo, Eutychiano, Porphyrio, Maximo, Celeſtio, & hæreticis qui ab ipſis in eccleſijs cõſtituti, atq; orthodoxis qui eiecti ſunt.

6 Oblationem non eſſe faciendam præſente hæretico.

7 De clericis hæreticis, qui orthodoxæ eccleſiæ accedunt.

8 De epiſcopis & clericis, qui communicant, uel preces coniungunt cum hæreticis, aut ipſis ſacris operari concedunt, aut ipſorum baptiſmum uel ſacrificium ſuſcipiunt.

9 De epiſcopis & clericis, qui ab hæreticis uel Iudæis benedictionem accipiunt: aut in eccleſijs uel monaſterijs hæreticorũ ethnicorum'ue orant: aut cum Iudæis ſabbata eorum'ue feſta obſeruant: aut ſynagogis templis'ue gentium offerunt. &, De Angelitis.

10 De epiſcopo, qui ſciens hæreticum ad communionem idoneum eſſe dicit.

11 Nõ eundum eſſe ad hæreticorum falſos martyres.

12 Ne hæretici eccleſiam ingrediantur.

13 De matrimonio hæreticorũ cũ orthodoxis.

14 De hæreticis ad rectam fidem cõuerſis. &, An hi in clerum allegi poſsint. &, Qui'nam illorũ baptizentur, qui'nam uerò duntaxat ungãtur. &, Quòd benignè cum hæreticis agi oporteat, ut conuertantur.

15 Ne epiſcopi aut clerici hæreticis quippiam donent, aut in teſtamentis dent: tametſi ipſorum cognati ſint.

16 De hæreticis pœnitentiam agentibus.

17 Quo-

17 Quomodo epiſcopi, quæ ipſis competunt, ſed ab hæreticis detinentur, loca uindicent.

18 De ijs qui reprobare conantur, quæ Epheſi acta ſunt.

TITVLI DECIMITERTII.

Cap. 1. Vt qui laicus tribus Dominicis diebus in ciuitate degens, in eccleſiam non conuenerit, à ſancta communione remoueatur.

2 De laicis iterum ſæpius'ue matrimonium cõtrahentibus: & uetitis nuptijs ac commixtione.

3 De mulieribus, quæ abſentes maritos ſuos obijſſe ſuſpicantes nubunt.

4 De ijs qui diuortium faciunt.

5 De fornicatione, adulterio, ſtupro & pædicatione.

6 Si laici uxor adulterium paſſa ſit.

7 De ſtupro & nuptijs uiduæ. &, Quæ uidua dicatur.

8 De ijs qui matrimonij cauſſa mulieres rapiũt, aut uiolant, aut uirgines cõſtuprant. &, De ijs qui illis conſcij ſunt.

9 De his quæ præter uoluntatem parẽtum aut dominorum nubunt.

10 De mulieribus fornicantibus, fœtum perimentibus. uel ad necandos fœtus medicamenta conficientibus.

11 De ijs qui abominantur matrimonium, carnem & uinum.

12 De laicis ſibi uirilia amputantibus.

13 De laicis qui comedunt idolis immolata, uel carnes in ſanguine, uel ſuffocata, uel à beſtijs capta, uel morticina.

14 De laico Imperatorem contumelia afficiẽte.

15 De orthodoxis, qui ab hæreticis aut Iudæis benedictiones accipiunt, uel cum illis feſtos dies agunt, uel cum Iudæis ieiunant. &, Quòd ſabbati die feriandum non ſit, ſed quoad eius fieri poteſt, Dominico. &, De ijs qui in monaſterijs aut eccleſijs hæreticorum orant.

16 De laicis qui clericos monaſteriorum, ptochiorum, aut martyriorum ſolicitant, ne ſub poteſtate epiſcoporum maneant.

17 De laicis qui excommunicatis uel ſchiſma facientibus presbyteris adhærent, & ſine conſenſu epiſcoporum ſuorum altaria erigunt.

18 De periuris. &, In cuiuſmodi caſibus eos qui iurant, non rectè iurare oporteat.

19 De ijs qui profanæ ſuperſtitionis iuſiurandum iurant.

20 De apoſtatis, immolatoribus, magis, incantatoribus, mathematicis, diuinatoribus, & amuleta appendentibus.

21 De hiſtrionibus, mimis, & ſimilibus pœnitentiam agentibus.

22 De ſpectaculis & rebus ludicris.

23 De furibus, ſepulchrorum uiolatoribus, latronibus, & ſacrilegis.

24 Ne in nuptijs ad inſtrumenta muſica ſaltetur aut tripudietur.

25 Ne uiri cum mulieribus ſe lauent.

26 De imbecillos ſubſannante.

27 Ne mulieres ad altare introeant. &, Quòd ſolis ſacri ordinis hominibus in altari communicare liceat.

28 Ne ex contributione conuiuia inſtituantur.

29 De ijs qui alea ludunt, aut inebriantur.

30 De obſeſſis dæmone.

31 De laico excommunicato, & ab altero præter uoluntatem eius qui excommunicauit recepto.

32 De ijs qui Dominico ſabbati'ue die ieiunãt.

33 De ijs qui docent, domum Dei atq; conuentus eſſe deſpiciendos.

34 De laicis qui acta concilij Epheſini reprobare conantur.

35 De ijs qui Scripturas audiũt, & ad finẽ uſq; non manent, aut non communicant.

36 De ijs qui priuatim cœtus cogunt.

37 De eo qui cum muliere concumbere concupiuit, non tamen fecit.

38 De ijs qui quadrageſimam, quartam feriam, & paraſceuen non ieiunant.

39 De ijs qui ex ſacra æde ceram aut oleum auferunt.

40 De laicis incommunicabilibus factis.

41 Ne laici doceant.

TITVLI DECIMIQVARTI.

Cap. 1. De auaricia.

2 De ijs q̃ cũ brutis animãtib. cõmerciũ habẽt.

3 De homicidis & latronibus.

4 Vt qui in pœnam incommunicabilitatis inciderũt, morituri communicare debeant. &, Quid fiat, ſi poſtquam ideo cõmunicarint, nõ moriãtur.

5 De eo cui in ſomnis ſemen fluxit. &, De eo qui ab uxore ſua ſecubat, uolens communicare. &, Quo die propter hoc à mutua miſtione coniuges debeant abſtinere.

6 Quomodo oblatio fiat pro eo, qui ſeipſum interemit.

7 De eo qui uxorem dæmone obſeſſam habet, ac propterea aliam ducere uult.

FINIS.

BASILEAE, PER [redacted] ANNO SALVTIS HVMANAE M. D. LXI. menſe Martio.

[illegible]